




C. VIII. 22.

INDEX
LIBRORVM PRO-
HIBITORVM ET EX-
PVRGATORVM

ILL^mi. ac R. D. D. BERNARDI DE Sandoual & Roxas Card. & Archiep. Tolet. Hiſpaniarum Primatis, Majoris Caſtellæ Cancellarij, Generalis Inquiſitoris, Regij ſtatus Conſiliarij, auctoritate & juſſu editus.

DE CONSILIO SVPREMI SENATVS
S. Generalis Inquiſitionis Hiſpaniarum.

IVXTA EXEMPLAR EXCVSVM MADRITI Apud Ludouicum Sanchez Typographum Regium, Anno CIↃIↃ CXII. *cum appendice anni* CIↃ. IↃCXIV.



SVMPTIBVS IACOBI CRISPINI.
ANNO M. DC. XX.

Congregationis Exemit Canalculen evenit montis argentini ad Cracouiam.



PAVLVS PP. V.

AD futuram rei memoriam. Cùm sicut accepimus, licentiæ legendi libros hæreticorum, vel de hæresi suspectos, aut aliàs reprobatos, & damnatos, certis ex causis, aut prætextibus impetratæ in Regnis Hispaniarum nimis excreuerint, & periculum sit, ne idcircò lectioni librorum huiusmodi permissio in partibus præsertim diuina gratia à diro contagio hæresum illæsis plus insipientibus noceat, quàm prosit sapientibus: Nos propterea, quibus super gregem Dominicum inuigilandi onus incumbit, opportuno remedio, quantum cum Domino possumus, prouidere volentes, prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum vestigiis insistendo, omnes & singulas licentias & facultates legendi libros hæreticorum, seu de hæresi suspectorum, à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, seu nobis, vel Generali hæreticæ prauitatis in Regnis Hispaniarum deputato Inquisitore damnatos, & reprobatos quibuscunque tam Clericis sæcularibus, vel vt præfertur Regularibus, quàm Laicis in dictis Regnis degentibus, cuiuscumque illi status, gradus, ordinis, conditionis & præeminentiæ existant, etiamsi Abbatiali, Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, Primitiali, aut alia Ecclesiastica dignitate, vel mundana, etiam Marchionali, Ducali auctoritate, seu excellentia præfulgeant, Generali Inquisitore prædicto dumtaxat excepto, per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, etiam viuæ vocis oraculo, & Sedem prædictam, siue eius Pœnitentiariũ Maiorem, vel quosuis Ordinarios, aut Diœcesanos, seu alios, etiam per literas Apostolicas in simili forma Breuis, vel sub plumbo expeditas, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusuis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, ac ex quibuscunque causis, seu prætextibus, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, & aliàs quomodolibet concessas earum omnium, & singularum tenores præsentibus pro expressis, & ad verbum insertis habentes, Apostolica auctoritate, tenore præsentium reuocamus, cassamus, irritamus, & annullamus, ac viribus penitus euacuamus, & pro reuocatis, cassis, irritis, & nullis haberi, easque nemini suffragari posse decernimus. Omnibus, & singulis Clericis, & Laicis in dictis Regnis degentibus, & vt præfertur qualificatis, non tamen Generali Inquisitori, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis latæ scientiæ, aliisque sententiis, censuris, & pœnis Ecclesiasticis, & etiam temporalibus in legentes libros huiusmodi

¶

hactenus latis & promulgatis, à quibus nonnisi à Nobis, aut pro tempore existente Romano Pontifice, seu Generali Inquisitore prædicto, præterquam in mortis articulo absolui possint, districtius inhibentes, ne libros huiusmodi ex quauis causa, vel prætextu, publicè vel occultè, quouis ingenio, vel colore legere, aut apud se tenere, seu imprimere, vel venales habere præsumant, ac mandantes eisdem sub sententiis, censuris, & pœnis prædictis, vt infra terminum eis à Generali Inquisitore prædicto, per eius edictum publicum locis affigendum publicis statuendum libros ipsos Officio Inquisitionis hæreticæ prauitatis omnino consignent, & qui de eisdem libris notitiam aliquam habuerint, seu personas ipsos libros legentes, aut apud se tenentes, vel imprimentes, aut venales habentes sciuerint, id quod sciuerint, ac nomina, & cognomina libros ipsos legentium, aut apud se tenentium, vel imprimentium, aut venales habentium, & qualitatem eorundem librorum prædicto Officio omnino reuelent, & notificent. Quocirca dilecto filio nostro Bernardo Tituli sanctæ Anastasiæ Presbytero Cardinali, Toletano nuncupato, in dictis Regnis hæreticæ prauitatis Generali Inquisitori, de cuius fide, pietate, ac Catholicæ Religionis Zelo, necnon vigilantia, ac industria plurimam in Domino fiduciam habemus, per præsentes etiam committimus, & mandamus, quatenus per se, vel alium, seu alios ad executionem præsentium procedens, non permittat aliquem, etiam vt præmittitur qualificatum, & dicta dignitate, seu honore, vel auctoritate, aut excellentia fulgentem, libros huiusmodi, ex quauis causa, vel prætextu, publicè, vel occultè quouis quæsito colore apud se tenere, aut legere, vel imprimere, seu venales habere, quinimo cogat quoscunque ad libros ipsos suo Inquisitionis Officio consignandum, & qui de eisdem libris notitiam aliquam habuerint, seu aliquos in præmissis culpabiles nouerint, ad eos Officio prædicto iuxta præsentium tenorem reuelandum, & notificandum: contradictores quoslibet, & rebelles, ac sibi in præmissis non parentes, etiamsi vt præfertur qualificati, & huiusmodi Dignitate, seu honore, vel auctoritate, aut excellentia præditi sint, per sententias, censuras, & pœnas prædictas, vel alia opportuna iuris remedia, iuxta facultates sibi in officio huiusmodi concessas appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus sententias, censuras, & pœnas prædictas etiam iteratis viribus aggrauando, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus constitutionibus, ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque: Aut & aliquibus communiter, aut diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto

huiusmod

huiusmodi mentionem. Vt autem præsentes literæ ad omnium, quorum interest, notitiam deducantur, omnibus & singulis venerabilibus fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, ac aliis Ordinariis, & Diœcesanis Regnorum Hispaniarum, in virtute sanctæ obedientiæ iniungimus, & mandamus, vt in eorum Diœcesibus, Ciuitatibus, & Prouinciis, absque alia requisitione, eis desuper facienda, præsentes literas, seu earum transumptum manu Notarij publici subscriptum, & sigillo alicuius personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ, aut Curiæ Ecclesiasticæ munitum publicent, & publicari faciant, ad hoc vt nemo eorum ignorantiam prætendere, aut contra eas excusationem aliquam adferre valeant. Nos enim transumpto sic vt præfertur subscripto, & sigillo munito, eam prorsus fidem adhiberi volumus, quæ eisdem originalibus literis adhiberetur, si originaliter exhiberentur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die XXVI. Ianuarij, M.DC.XII. Pontificatus nostri Anno Septimo.

S. Cobellutius

NOS DON BERNARDO DE SANDOVAL i Rojas, por la miseracion diuina, Presbytero Cardenal de la Santa Iglesia de Roma, Titulo de Santa Anastasia, Arçobispo de Toledo, Primado de las Españas, Chanciller mayor de Castilla, Inquisidor General contra la Hereticа prauedad i Apostasia en los Reynos i señorios de su Magestad, i de su Consejo de Estado, &c. A todas i qualesquier personas, de qualquier estado, condicion, i calidad que sean, vezinos, moradores, residentes, o estantes en los dichos Reynos, i Señorios, Salud en Nuestro Señor Iesu Christo.

2. Tim. 2. El Apostol Santo Pablo aduierte a su dicipulo Timoteo, que la doctrina de los Hereges, demas de ser profana, i llena de vanidad, es vn mal que se pega, y estiende como Cancer. I el Pro-

Psal. 1. feta Dauid, de los Maestros que la enseñan, dize, que estan en Catedra de pestilencia, porque con el aliento de su viua voz inficionan à sus oyentes. I es cierto, que por ningun medio tanto se comunica i dilata, como por el de los libros, que siendo maestros mudos, continuamente hablan, y enseñan à todas horas, i en todos lugares, aun à los que no pudo llegar la fuerça de la palabra. Deste tan eficaz, i tan permicioso medio, se ha valido siempre el comun aduersario, i enemigo de la Verdad Catolica, procurando ahogar la buena semilla della, i quando menos, escurecerla, ò mezclarla con la mala de sus errores, i en este tiempo, con tanto mayor peligro, quanto los hereges sus ministros, con mas facilidad, i atreuimiento en escriuir, è imprimir libros de mala doctrina, en todas facultades i lenguas, i mas continua porfia en publicarlos, los han derramado por la Iglesia, deseando introduzirlos hasta las mas remotas prouincias della; dissimulandolos muchas vezes con buenos titulos, i principios, para poder mejor engañar en el discurso de sus obras. I la noticia que hemos tenido de que ha entrado, i entra cada dia en los dichos Reynos i Señorios de su Magestad, gran numero de los dichos libros, i los grandes inconuenientes que de su leccion pueden i suelen resultar, en graue detrimento de la sinceridad i pureza de nuestra Santa Fè; nos han puesto en mucho cuidado de proueer de conueniente, i eficaz remedio. Por lo qual, auiendo diuersas vezes platica-

do,

do, y conferido sobre ello en el Consejo de la Santa General Inquisicion; considerando, que los mas de los dichos libros, por ser de Autores modernos, no son de los notados, ni comprehendidos en los Indices i Catalogos hasta aora hechos, por la Santa Sede Apostolica, y por los Inquisidores Generales nuestros antecessores: nos hallamos obligados à tratar de que se hiziesse nueuo Indice, i Catalogo General, para el qual por mayor acertamiento en materia de tanta importancia, ordenamos vna junta en esta Corte de Personas graues, de conocida Doctrina, Erudicion i Zelo, que se ha continuado por mucho tiempo; consultandose las cosas de mayor dificultad, con las mas calificadas Vniuersidades, i con otras personas doctas destos Reynos, i haziendose otras diligencias fuera dellos. I nuestro mui Santo Padre Paulo V. Pontifice Romano, fauoreciendo este intento con su paternal afecto, i santo zelo; por sus Letras Apostolicas en forma de Breue, *Dat. Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die XXVI. Ianuarij, M. D C. X II. Pontificatus sui Anno septimo*; Reuocò, cassò, i anulò, todas i qualesquier licencias, i facultades de leer libros de Hereges, ò sospechosos de heregia, condenados i reprobados por su Santidad, ò los Romanos Pontifices sus Predecessores, ò por el Inquisidor General de los Reinos de España, concedidas por su Beatitud, ò por qualesquier Romanos Pontifices, i la Santa Sede Apostolica, ò por su Penitenciario mayor, ò por qualesquier Ordinarios Diocesanos, ò otros; à los que viuieren en dichos Reinos, de qualquier estado, grado, orden, condicion, ò preeminencia que sean; aunque sean Abades, Obispos, Arçobispos, Patriarcas, Primados, ò de otra dignidad Ecclesiastica; Marqueses, ò Duques, ò de otra autoridad, ò excelencia secular, excepto el dicho Inquisidor General; y les manda à todos, i tambien à los calificados, segun dicho es (pero no al Inquisidor General) en virtud de Santa obediencia, y so pena de excomunion mayor *latæ sententiæ*, i de otras censuras i penas, impuestas contra los que leen libros prohibidos; reseruada la absolucion à su Santidad, ò al Inquisidor General; saluo en el articulo de la muerte; que no lean, ni tengan los dichos libros; i que dentro del termino, que por el Inquisidor General les fuere señalado, los consignen al Santo Oficio de la Inquisicion; i que quien tuuiere noticia dellos, reuele lo que supiere, i los nombres de las personas que los tuuieren, al dicho Santo Oficio; i a nos, como tal Inquisidor General, nos dà, i concede facultad especial, para que procediendo por nos, ò por otro,

ò otros,à la execucion de las dichas Letras, no permitamos que ninguno,aunque sea como dicho es,calificado con dignidad,hõra,autoridad,ò excelencia de las arriba dichas,por qualquier causa ò pretexto,publica,ò secretamenre,ò con qualquier color;tenga, ni lea los dichos libros, antes le compelamos à q̃ los consigne al Santo Oficio de la Inquisicion, i à los que tuuieren dello noticia,à que se lo reuelen,por las sentencias,censuras, i penas susodichas, ò otros oportunos remedios de Derecho, como mas largamenre consta por los dichas Letras, que mandamos poner i publicar con esta nuestra prouision. I por estar el dicho Indice i Catalogo acabado,è impresso,vsando de la potestad,i autoridad Apostolica,que como Inquisidor General tenemos en los dichos Reinos i señorios de su Magestad, i de la que en particular se nos concede por las dichas letras Apostolicas, Exortamos i requerimos, i en caso necessario, en virtud de santa obediencia, i so pena de Excomunion mayor *latæ sententiæ, trina canonica monitione præmissa,* mandamos à todas las dichas personas,aunque sean calificadas con dignidad Eclesiastica, ò excelencia secular de las expressadas en las dichas Letras Apostolicas, en forma de Breue, ò otras, Que de aqui adelante ninguno sea osado à tener ni leer libro, ò libros de los prohibidos en el dicho Indice, i Catalogo,ò de los comprehendidos en las Reglas generales del, ni otro alguno de mala i dañada doctrina, ni à meterlos en estos Reynos i señorios, ni venderlos en ellos, i que los tienen al presente, dentro de nouenta dias los manifiesten i consignen al Santo Oficio,para hazer dellos lo que conuenga, conforme la calidad de los libros, sin alterar por esto la prohibicion de leerlos, antes quedandose dende luego en su fuerça i vigor, con apercibimiento, que contra los que hizieren lo contrario (demas de las censuras en que auran incurrido) mandaremos proceder, i procederemos con todo rigor,como contra rebeldes,è inobedientes à nuestros mandamientos, i à las censuras de la Santa Madre Iglesia, i sospechosos en las cosas de nuestra Santa Fè Catolica. I declaramos, que no es nuestra intencion comprehender en las dichas censuras, à los que tuuieren, ò leyeren los libros de la segunda Classe,en que en el Indice,i Expurgatorio, se pone solamente Explicacion,ò Caucion: Pero les mandamos en virtu de Santa obediencia,que noten,i escriuan en ellos la dicha Explicacion,ò Caucion, con lo qual auran cumplido, sin ser necessario hazer otra diligencia. I porque lo susodicho sea publico i notorio, i ninguno

no pueda pretender ignorancia, encargamos, i mandamos à los Inquisidores Apostolicos, de todas las Inquisiciones de los dichos Reynos i señorios, que hagan luego publicar edictos desta nuestra prouision, en las Iglesias Catedrales, i otras partes, los quales hagan fixar en lugares publicos. I so la misma pena, mandamos i prohibimos, que ninguno sea osado à imprimir, ni hazer imprimir el dicho Indice, i Catalogo, ni à traerle impresso de fuera destos Reinos, sin nuestra expressa licencia. En testimonio de lo qual, mandamos dar, i dimos la presente, firmada de nuestro nombre, sellada con nuestro sello, i refrendada del Secretario infra escrito. En Madrid à doze dias del mes de Diziembre, de mil i seiscientos i doze años.

B. Car.lis Toletan9.

Por Mandado de su S.a Ill.ma

Fran.co Salgado S.rio

NOs D. Bernardus de Sãdoual & Rojas, miseratione diuina, Presbyter Cardinalis sanctæ Ecclesiæ Romanæ, Tituli sanctæ Anastasiæ, Archiepiscopus Toletanus, Hispaniarũ Primas, Castellæ maior Cancellarius, Hæreticæ prauitatis & Apostasiæ in Regnis & Dominiis Regiæ maiestatis Inquisitor Generalis, Regis in Consilio status consiliarius, &c. Omnibus & quibuscunque personis, cuiuscunque sint status, conditionis & qualitatis, vicinis, inquilinis, habitantibus aut commorantibus in dictis Regnis & Dominiis, Salutem in Domino nostro Iesu Christo.

Apostolus Paulus ad discipulum Timotheum scribens, Hæreticorum doctrinam, præter quàm quòd profana & vanitate referta est, etiam contagiosam esse & cancri more serpere monet. Ac Propheta Dauid eius Magistros & Doctores in cathedra pestilentiæ sedere dicit, quia viuæ vocis halitu audiẽtes inficiunt. Et verò compertũ est eã nulla ratione efficaciùs communicari ac dilatari, quàm librorum vehiculo, qui, cùm sint Doctores muti, iugiter loquuntur, & semper & vbique, iis etiam in locis ad quos vocis ipsius vis peruadere non potuit, indefessè

2. Tim. 2.

Psal. 1.

docent. Hac tam efficaci & pernicioſa ratione ſemper vſus,& niſus eſt communis aduerſarius, & catholicæ veritatis hoſtis; bonam illius ſementem ſuffocare, vel ſaltem obſcurare, aut immiſcere adulterino ſuorum errorum ſemine conatus. Atque hoc tempore, eò periculoſiùs, quòd hæretici illius Miniſtri maiori facilitate, ſummáque in ſcribendis & excudendis malæ doctrinæ libris, in omnibus facultatibus & linguis, præfidentia, & pertinaci in euulgandis contentione,illos per Eccleſiam, vt ad remotiſſimas vſque illius prouincias introducantur & diffundantur; ac vt in operis progreſſu faciliùs incautos fallant, titulorum & exordiorum plauſibili ſpecie obductos diſſeminant. Cùm autem certiores facti ſimus in Regna & Dominia eius Maieſtatis ſubingreſſos olim eſſe iſtiuſmodi libros, & quotidie magna confluere copia, neque nos lateat, quot & quanta damna ex ipſorum lectione, aduerſus puritatem & ſanctam Fidem noſtram promanent, ſedulò & magna cura, ad opportunum & efficax inquirendum remedium, incubuimus. Quapropter deliberatione ſæpiùs ſuper hac re, in ſanctæ Generalis Inquiſitionis Senatu habita, vbi animaduertimus maximam horum librorum partem, quia ſunt Neoterici ſcriptores, neque notatos, neque Indicibus & Catalogis, qui à ſancta ſede Apoſtolica, & Inquiſitoribus Generalibus, prædeceſſoribus noſtris, compoſiti ſunt hactenus, comprehenſos fuiſſe; nobis inſtituendi noui Indicis aut Catalogi Generalis onus incumbere ſenſimus. Quod vt feliciùs, in re tanti momenti, fieret, Grauiſſimorum virorum, doctrinæ & eruditionis ſpectatæ, zelóque clariſſimorum Collegium, quod diu perſtitit,in hac Curia,inſtituimus: collato etiam cum celeberrimis vniuerſitatibus, & aliis doctiſſimis horũ Regnorũ viris, in difficillimis capitibus, conſilio, aliáque inſuper adhibita non leui diligentia: accedente ad hoc ſancti Patris noſtri Pauli V. Pontificis Romani, beneuolentiæ paternæ ſtudio,ſanctóque zelo,huic conſilio fauentis,conſenſu,qui literis Apoſtolicis in forma Brevis *Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die xxvi. Ianuarij M. DC. XII. Pontificatus ſui anno ſeptimo*:Omnes & qualeſcunque licentias & facultates legendi libros Hæreticorum, ſeu de hæreſi ſuſpectorum, ab ipſius ſanctitate, aut Romanis Pontificibus eius Prædeceſſoribus, vel Generali Regnorum Hiſpaniæ Inquiſitore damnatos & reprobatos, quibuſcunque in dictis Regnis degentibus, cuiuſcunque ſtatus, gradus,ordinis,conditionis & præeminentiæ exiſtant,etiamſi Abbatiali,Epiſcopali,Archiepiſcopali,Patriarchali,Primitiali, aut

alia

alia Ecclesiastica dignitate, vel seculari, etiam Marchionali, Ducali auctoritate seu excellentia prefulgeant, Generali Inquisitore prædicto duntaxat excepto, per ipsius Beatitudinem aut per quoscunque Romanos Pontifices, & sanctam sedem Apostolicam siue eius Pœnitentiarium Maiorem, vel quosuis Ordinarios, Diœcesanos, aut alios, concessas, reuocauit, cassauit, annullauit. Atque omnibus etiam qualificatis prout iam dictum (non tamen Generali Inquisitori) in virtute sanctæ obedientiæ & sub excommunicationis maioris *latæ sententiæ*, aliisque censuris & pœnis in legentes libros prohibitos latis, à quibus nonnisi, ab eius sanctitate, vel ab Inquisitore Generali, præterquam in mortis articulo, absolui possint, districtiùs inhibet ne libros huiusmodi teneant legántque: mandátque vt infra terminum à Generali Inquisitore statuendum eos sancto Officio consignent: & qui de ipsis notitiam aliquam habuerit, reuelet quod sciuerit, & eorum nomina qui eos habuerint, deferat. Nobis verò, tanquam Inquisitori Generali, peculiari facultate data, committit & mandat, vt vel per nos, vel alium, seu alios ad executionem dictarum Literarum procedentes, non permittamus quempiam, etiam vt præmittitur, qualificatum, & dicta dignitate, seu honore, vel authoritate aut excellentia fulgentem, ex quauis causa vel prætextu, publicè vel occultè, quouis quæsito colore, dictos apud se libros tenere aut legere: quinimo eos cogamus ad libros sanctæ Inquisitionis officio consignandum: & eos quibus id innotuerit, ad eos reuelandos & notificandos per sententias, censuras, & pœnas prædictas, vel alia opportuna iuris remedia, vt copiosiùs constat ex dictis Literis, quas cum hac nostra constitutione, poni & promulgari mandamus.

Quia autem dictus Index & Catalogus absolutus, excusus est, potestate & auctoritate Apostolica, qua, pro Inquisitoris Generalis officio, in dictis eius Maiestatis Regnis & Dominijs potimur, eáque etiam, quæ nobis per dictas Literas Apostolicas conceditur, facultate vtentes, Hortamur postulamúsque, &, si opus fuerit, Sanctæ obedientiæ virtute, ac sub excommunicationis Maioris pœna, latæ sententiæ, trinâ Canonicâ monitione præmissâ, mandamus omnibus dictis personis, quocunq; modo qualificatæ fuerint, siue Ecclesiastica siue seculari dignitate, in dictis Literis Apostolicis in forma Breuis, aut alijs, expressis, fulgeant. Ne quis in posterum librum aut libros Indice dicto & Catalogo prohibitos,

¶¶

vel in Regulis Generalibus comprehensos, vel alium quempiam malæ damnatæq; doctrinæ scriptorem, tenere vel legere, neq; in hæc Regna aut Dominia importare, aut in ijs distrahere ausit.

Qui verò impræsentiarum habent, eos intra nonaginta dies S. Officio exhibeant & cõsignẽt vt ijs, pro eorũ conditione, quod æquum est, fiat, non imminuta tamen eos legendi prohibitione, quæ etiam posthac in suo vigore constat & permanet. Ac monemus nos esse mandaturos, vt aduersus refractarios procedatur sũmo rigore, tanquam aduersus rebelles, & nostris mandatis, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ censuris immorigeros & in sanctæ Fidei nostræ Catholicæ causa suspectos.

Præterea declaramus non esse consilij nostri, dictis censuris eos complecti qui habuerunt aut legerunt libros secundę Classis, quibus in Indice & Expurgatorio tantùm Explicatio aut Cautio adhibetur. Verùm ijs virtute Sanctæ obedientiæ mandamus, vt illis ascribant, notẽntq; dictam explicationem & cautionem, quo pacto, aliâ diligentiâ non requisitâ, satis officio fecerint. Vt autem hoc publicè innotescat, ac nemo ignorantiam queat prætexere, omnibus, omnium, in dictis Regnis & Dominijs, Inquisitionum, Inquisitoribus Apostolicis, mandamus, iniungimus & imperamus, vt huius nostræ Constitutionis illicò promulgari Edicta, in Ecclesiis Cathedralibus, alijsq; partibus, & publicis locis affigi curent.

Sub eadem pœna mandamus & prohibemus, ne quis dictum Indicem & Catalogum excudere, vel excudendum curare, vel excusum, extra hoc Regnum, absque peculiari nostra licẽtia exportare ausit. Cuius in rei testimonium dari mandamus, damúsq; præsentes literas nostro nomine nostróque sigillo obsignatas, & Secretarii infrascripti signatione munitas. Madriti 12. Decembris 1612.

B. Car.ⁱⁿ Toletanus.

Ex mandato Dominationis Illustrissimæ.

Fran.ⁱⁿ Salgadus Secretarius.

TASSA

TASSA.

EN la villa de Madrid, à treze dias del mes de Diziembre de mil i seiscientos i doze años, el Illustrissimo Señor Cardinal de Toledo Inquisidor General, estando en el Consejo de su Magestad, de la Santa General Inquisition, tassò à cinco marauedis el pliego, de los de la impression del Catalogo i Expurgatorio, *i mandò se ponga esta tassa en el.*

Ante mi. Miguel Gᵉa de Molina.

TIENE este Catologo i Expurgatorio doziẽtos i veinte y dos pliegos, que conforme à su tassa, monta treinta i tres reales menos doze marauedis.

TAXA.

MAdriti 13. Decemb. 1612. Illustriss. D. Cardinalis Tolet. Inquis. Generalis in Regio sancta Inquisitionis senatu vnumquodque folium Catalogi & Expurgatorij quinque marauedis æstimauit. Hanc taxam in eo apponi iussit.

Coram me Mich. Garc. Mol.

SVnt in hoc Catalogo & Expurgat. 222. folia, quæ iuxta taxæ pretium conficiunt 33. reales detractis 12. maraued.

AD LECTOREM.

PRÆCIPVA in hoc Opere cura & diligentia fuit, vt hęretici, & suspectæ fidei Scriptores, suis non solùm nominibus, verùm etiam classibus distincti, tanquam pestes, omnino vitandi, à Catholicis secernerentur, ac certis notis, & veluti stigmate inusti, facilè internoscerentur: nec vllum, quantùm fieri posset, in Hispaniarum Regna aditum inuenirent. Siqui verò furtim irrepsissent, damnatione eorum omnibus publicè proposita, neque ampliùs latêre, neque erroribus suis incauto cuiquam, & minùs attento, damno esse possent. Neq; id etiam parui momenti visum, si eorundem damnatorum Auctorum Libri, qui de Religione non tractant, sed vel de humanioribus literis, vel de linguarum peritia, aliisve Facultatibus, magna diligentia vndique conquisiti, accurato, grauique piorum, & eruditorum virorum studio, ac iudicio, expunctis erroribus, & his quæ offensioni essent, quàm sincerè expurgati & emendati, in vsum Christi fidelibus permitterentur. Obiter autem in quorundam Orthodoxorum libris, nonnulli lapsus, aut quædam obscuriùs dicta, deprehensa, quibus Expurgatio, Explicatio, aut Cautio prudenter adhibita, ne minùs cautos lectores contingat impingere: cùm alioqui horum Auctorum pietas, doctrina & studium iuuandæ Catholicæ Religionis debeat summopere commendari. Interim pauci alij silentio prætermissi, tametsi in eorum Operibus nonnulla parum cum sana doctrina consentanea reperiantur, tum quòd illos maior antiquitas, non contemnenda dignitas, & auctoritas, magnáque & præclara in Ecclesiam merita tueantur: tum quòd ea, quo tempore ab ipsis scripta fuere, minùs fortasse explorata, postea à viris pijs doctisq;, & priuatim & publicè, disputationibus, prælectionibus, scriptisque satis confutata, nullius ferè offensionis, aut periculi esse hoc iam tempore iudicentur. Cæterùm cùm libri hactenus editi, correctione, & emendatione digni, plures sint, quàm vt facilè omnes ex longè dissitis Prouincijs haberi ad manum potuerint, Tercentûm ampliùs Auctorum Expurgatio nunc exhibetur, vsu & lectione ex omni

Facultate

Facultate frequẽtiorum : plurium, vt res, & necessitas postularint, exhibenda. Qua in re feliciter promouenda, & locupletanda, cum eruditorum virorum priuatus labor & industria magni semper fieri debeat; qui pro sua in Ecclesiam Catholicam Fidem pietate & studio, dignam operam Sanctæ Inquisitionis Officio præstiterint, Deo bonorum omnium Muneratori largissimo gratissimum se facturos, atque ab eodem Sanctæ Inquisitionis Officio humanissimè excipiendos, & complectendos certò sibi persuadeant.

REGLAS GENERALES.

REGLA I.

TODOS Los libros que los Sumos Põtifices, o Cõcilios Generales prohibieron antes del año de M.D.XV. i en este Indice no estan expressados, se entienda ser prohibidos, de la misma manera, que en aquel tiempo lo fueron, i en la forma que por la Santa Iglesia Romana, y vso della, las prohibiciones han sido recibidas i guardadas.

REGLA II.

LOs Libros de los Heresiarcas, assi de los que despues del dicho año inuentaron, o renouaron heregias, como de los que son, o fueron cabeças, o caudillos de hereges, como Martin Lutero, Huldrico, Zuuinglio, Iuan Caluino, Baltasar Pacimontano, Gaspar Schuvencfeldio, i otros semejantes a estos, (cuyos nombres van notados al fin deste Indice) de qualquier titulo, o argumento que sean, se prohiben del todo. Pero no se prohiben los libros de Catolicos, en que andan i estan insertos tratados de Heresiarcas, cõtra quien escriuẽ, como lo hazen Iuá Rofense, i otros.

subitanea, ni en agua, ni en fuego, ni otro genero de muerte violenta, o desastradada: o que sabra la hora de su muerte; o que verà en aquella hora a N. Señora, o cosas semejantes, se prohiben. Pero siendo en lo demas buenos, pareciendo conueniente, los permitiremos, haziendo expurgar primero lo supersticioso.

REGLA IX.

TOTALMENTE Se prohiben los libros, tratados, indices, cedulas, memoriales, receptas, nominas, escritos, i papeles de Geomancia, Hydromancia, Aeromancia, Pyromancia, Onomancia, Chyromancia, Negromancia; o en que se contienen sortilegios, hechizos, qualesquier agueros, encantaciones de arte Magica, bruxerias, cercos, caracteres, sellos, sortijas, i figuras, o inuocationes de demonios, en qualquier manera que sean.

ITEN Todos los de la Astrologia Iudiciaria, que llaman de Nacimiẽtos, Interrogaciones, i elecciones, en que se afirmã, ò dan reglas, o enseña arte, o sciencia, para conocer por las estrellas i sus aspectos, los futuros contingentes, sucessos, o casos fortuitos, o acciones que dependen de la voluntad humana, aunque en los tales libros, i las demas cosas se diga, i proteste, que no se afirma de cierto: o en que se enseña a responder lo hecho, o acontecido en las cosas passadas, libres, i ocultas de hurtos, i otras semejantes; aunque se diga tambien, que no se afirma de cierto. I se prohibe i manda, que ninguna persona haga juizio cerca de las cosas dichas. Pero bien se permiten los juizios, i naturales obseruaciones, que estan escritos i se hazen para ayudar a la Nauegacion, Agricultura, o Medicina: i los que tocan al conocimiento de los tiempos, i sucessos generales del mundo, que necessaria, o frequentemente prouienen de causas naturales, los quales no pertenecen a diuinacion.

TAMBIEN Se permiten los juizios de nacimientos, que sin afirmacion enseñan a conjeturar las inclinaciones i calidades corporales de cada vno, sin passar en manera alguna a los dichos futuros contingentes, sucessos, o casos fortuitos, o acciones que penden de la voluntad. I se aduierte, que fuera de los casos en que conforme a Derecho podia el Santo Oficio proceder al conocimiento, i castigo de los que en lo suso dicho excedieren, por Constitucion particular de la buena memoria de Sixto Quinto Ponti-

fice

fice Rom. roca al Santo Oficio, donde se procederà contra ellos con todo rigor.

REGLA X.

PROHIBENSE Todos los Libros, o Tratados, que desde el año 1584. a esta parte se han impresso i diuulgado, i de aqui adelante se imprimieren i diuulgaren, sin tener nombre de autor, e impressor, lugar, i tiempo en que se imprimen; i qual quiera destas cosas que falte, se tengan por prohibidos, como sospechosos de mala dotrina: pero constando que alguno, o algunos dellos no lo son, sino buenos, i de sana dotrina, daremos, quando conuenga, licencia para tenerlos, i leerlos.

REGLA XI.

PROHIBENSE Assi mismo todos i qualesquier retratos, figuras, monedas, empresas, letras grandes de imprentas, i de libros impressos, inuenciones, mascaras, i medallas, en qualquier materia que esten estampadas, figuradas, o hechas; que sean en irrision i escarnio de los Santos Sacramentos, o de los Santos, de sus imagenes, reliquias, milagros, habito, professiõ, o vida, o de la santa Sede Apostolica, i de su estado, i del de los Romanos Pontifices, Cardenales, Obispos, i de su orden, dignidad, autoridad, claues, i potestad espiritual, o de los estados, Eclesiastico, i de las Religiones.

REGLA XII.

LOs Libros ya impressos, i diuulgados por Autores Catolicos, que viuen al presente, o viuieron, i murieron como tales, no estando prohibidos por este Indice, o comprehendidos por sus reglas, aunque en ellos se hallen algunas opiniones, i dotrinas no buenas, ni seguras, no se entienda por esso ser prohibidos; mas los que las hallaren, serán obligados a denunciarlas a los Inquisidores. Con lo qual podrá vsar de los libros hasta que visto por nos, ordenemos lo que conuenga. Pero prohibense los libros que de aqui adelante se compusieren, o diuulgaren, que contengan error, o errores contra la Fè, o cõtra lo que la santa Iglesia Roman a enseña i aprueua. I se prohibe y manda, que ninguno por su autoridad los quite, ni borre, ni rasgue, ni queme los libros,

papeles, ni folios, donde se hallaren, antes los manifieste todos a los Inquisidores, i entregue, o retenga los dichos libros o papeles, como por ellos le fuere ordenado.

En Los libros, que por este Indice se permiten, corregidos i emendados conforme al Expurgatorio del, se declara, que no siendo hecha la Expurgacion, i emienda por su Santidad, o por su comissión i mandato, se ha de hazer por autoridad del Santo Oficio, i de sus ministros; y con firma, o firmas de la persona, ò personas que por el Sãto Oficio lo tuuierẽ a su cargo. I no haziẽdose assi, no se aura cumplido con la obligacion de la Expurgacion.

REGLA XIII.

En General se declara i ordena, que los libros impressos al principio en vna lẽgua, i despues prohibidos; se entienda ser prohibidos en qualquier otra lengua, que despues se viertan i traduzgan no declarandose en este Indice o Expurgatorio otra cosa, o no auiendo para ello expressa licencia nuestra *in scriptis*.

REGVLA I.

Libri omnes, quos ante annum M. D. XV. aut Summi Pontifices, aut Concilia œcumenica damnarunt, & in hoc Indice non sunt, eodem modo damnati esse censeantur, sicut olim damnati fuerunt: & eadem ratione, qua à S. R. E. eiúsque consuetudine eiusmodi prohibitiones receptæ & obseruatæ fuerant.

REGVLA II.

Hæresiarcharum libri, tam eorum, qui post prædictum annum hæreses inuenerunt vel suscitarunt, quàm qui hæreticorum capita aut duces sunt vel fuerunt, quales sunt Lutherus, Zuinglius, Caluinus, Balthasar Pacimontanus, Swenchfeldius, & his similes, quorum nomina ad calcem huius indicis adnotantur, cuiuscunque tituli aut argumenti existant, omnino prohibentur. Verùm non prohibentur libri Catholicorum, quibus inseruntur tractatus hæresiarcharum, contra quos scribunt, quo pacto scripserunt Ioannes Roffensis, aliique.

Aliorum

Aliorum autem hæreticorum libri, qui de Religione quidem ex professo tractant, omnino damnantur, qui verò de Religione non tractant, à Theologis doctis & piis, nostróque iussu, examinati & approbati, permittuntur.

Libri etiam Catholicè ab auctoribus, antequàm in hæresim laberentur, aut postquam ad Ecclesiæ gremium redierè, conscripti, etsi de Religione agant, vbi tamen examinati & approbati eadem ratione fuerint, si expedire videbitur, à nobis permittentur.

Omnino prohibentur libri Thalmud cum eius glossis, annotationibus, Interpretationibus, & Expositionibus: Cabbalistici aliique impij & nefarij Hebræorum libri, prout compluribus summorum Pontificum constitutionibus prohibiti sunt, & Rabbin. aut aliorum quorumuis Hebræorum, Iudæorum, aut Maurorum qui ex professo Iudaicam legem, aut sectam Mahumeticam docent; aut quorum præcipuum argumentum nostræ S. Fidei Catholicæ, aut consuetudinibus & ceremoniis vniuersalibus S.R.E. aut communibus doctorum aut sanctorum expositionibus, in literali S. Scripturæ sensu, repugnat. Verùm tantummodo piis, doctísque viris nonnullos ex dictis Rabbinis, qui in S. Scripturam scripserunt, vbi opportunum videbitur, habendi & legendi potestatem in scriptis *concedemus. non ita tamen, vt Thalmud vel eius glossas, Expositiones, vel Cabbalisticos, aliósque impios nefariósque Hebræorum libros legere liceat.*

Thargum verò, seu Chaldaica Paraphrasis, modò eius initio, tanquam antidotum, apponatur quod in Indicis huius Expurgatorio, in vocab. Thargum *siue* Paraphrasis Chaldaica, *notatum est, prohibita ne censeatur.*

Nec Hebræorum Magazor Hebraicâ linguâ conscriptum damnatur: sed in qualibet alia lingua dictum Magazor prohibetur prohibitúmque censetur.

REGVLA III.

VErsiones scriptorum etiam Ecclesiasticorum, quæ hactenus editæ sunt à damnatis auctoribus, quales censentur omnes, qui in prima huius Indicis Classe, *vel alij manifesti hæretici; modò nihil contra sanam doctrinam contineant, permittuntur.*

Bibliorum versiones tam Vet. quàm Noui Testam. à dictis auctoribus editæ, generaliter prohibentur: verùm nonnisi impetratâ licentiâ nostrâ in scriptis *librorum vet. Testamenti versiones docti & pij viri legere poterunt, modò huiusmodi versionibus, tanquam elucidationibus vulgatæ Editionis ad intelligendam sacram Scripturam, non autem tanquam sacro authenticóque textu, vtantur.*

Versiones verò Noui Testamenti, ab auctoribus primæ classis huius Indicis factæ nemini concedentur, quia vtilitatis parum, periculi verò plurimum, lectoribus, ex earum lectione, manare solet. Si quæ verò annotationes cum huiusmodi, quæ permittuntur, versionibus, vel cum vulgata editione circunferuntur, expunctis mandato nostro locis suspectis, permittentur eisdem, quibus & versiones.

Totum volumen, quod vulgò Biblia Vatabli *dicitur, impressum* Lutetiæ ex officina Roberti Stephani 1545. *aut singulas partes eius, cum duabus versionibus & Annotationibus aut scholijs, vbi priùs mandato nostro à Theologis piis & doctis correctæ emendatæque fuerint, si nihil obstet, doctis & piis viris permittemus.*

Ea verò pars, quæ Veteris est Testamenti, iuxta Expuragtionem isto Indice sancitam, emendata, omnibus permittitur: atque adeò etiam volumen, aut eius partes, quod S. offic. iussu ab Vniuersitatibus examinatum & Salmanticæ anno 1584. *recusum, & quod nunc denuo Expurgatorio huius Indicis emendatur: vbi ad hanc normã correctum fuerit, omnibus permittetur, modo tam in hac quàm in illa* Editione, *noua versione, vt Vulgatæ elucidatione, quo pacto antè diximus, non verò, tanquam authentico textu, vtantur.*

Ex Bibliis verò Isidori Clarij Brixiani, prologus & prolegomena præcidantur, & præterea quicquid in huius Indicis Expurgatorio *notatur in secunda Classe in verbo* Isidori Clarij: *& hoc pacto permittitur. Eius verò textum nemo Vulgatæ* Editionis *textum esse existimet.*

REGVLA IV.

CVm experimento manifestum sit, si sacra Biblia vulgari lingua permittantur, plus inde, ob hominum temeritatem detrimenti, quàm vtilitatis, oriri, prohibentur Biblia, cum omnibus eorum partibus, siue excusa siue manuscripta, in qualicunque vulgari lingua extent: quinetiam summaria & compendia, quantumuis historica, eorundem Bibliorum aut librorum S. Scripturæ, quocunque idiomate vel lingua vulgari conscripta fuerint: non tamen clausulæ, sententiæ, aut capita, quæ libris Catholicorum, qui hæc explicant & allegant, inseruntur: nec Epistolæ & Euangelia, *quæ totius anni curriculo in Missa canuntur; modò ne hæc solitaria sint, sed sermoni aut explanationi singulorum, ad fidelium ædificationem compositæ aut componendæ, adiungantur.* Etiam horæ *& illarum Differentiæ in lingua vulgari prohibentur.*

REGV-

REGVLA V.

Libri illi, qui, hæreticorum auctorum operâ, interdum prodeunt, in quibus nulla aut pauca de suo apponunt, sed aliorum, putà Philosophorum, aut Poëtarum, aut aliorum auctorum dicta connectunt & colligunt, cuiusmodi sunt Lexica aut Vocabularia, Concordantiæ, Apophthegmata, Similitudines, Gnomæ, Indices, & alia huiusmodi, si nulla erroris expurgandi mixtura inquinentur: aut, si quæ habent admixta, quæ expurgatione indigeant, ea priùs Theologorum doctorum & piorum consilio, iussu nostro ablata aut emendata, permittemus generaliter aut specialiter, prout expedire videbitur.

REGVLA VI.

Libri vulgari idiomate ex professo, de controuersiis, in Religionis causa, inter Catholicos & hæreticos nostri temporis differentes, prohibentur: recognitos autem & approbatos, si nihil obstet, habendi legendique potestatem doctis & piis viris, in scriptis, *concedemus.*

Qui verò de ratione bene viuendi, contemplandi, confitendi, ac similibus argumentis, vulgari sermone conscripti sunt, si nihil contra sanam doctrinam contineant, non prohibentur, sicut nec sermones populares vulgari lingua habiti.

Similiter prohibentur confutationes Mahum. Alcorani in lingua vulgari, nisi peculiaris à nobis impetretur licentia in scriptis.

REGVLA VII.

Libri etiam, qui res lasciuas seu obscœnas, siue Amorũ, siue aliarum rerum tractant, narrant, aut docent, hæresibus aut erroribus in fide immixtis, nunc exaggeratis, nunc dilaudatis amoribus, aut alia quapiam ratione insperſis, prohibentur. Sciendum quoque à S. S. Apostolica prohiberi dictos libros, qui ex professo tractant, narrant, docent res lasciuas & obscœnas, etsi nullæ admisceantur hæreses, aut errores in Fide, addito mandato, vt qui eos habuerint ab Episcopis *seuerè puniantur.*

Antiqui verò ab Ethnicis conscripti, qui propter sermonis elegantiam & proprietatem permittuntur, nulla tamen ratione pueris prælegantur.

REGVLA VIII.

Libri quorum principale argumentum bonum est, in quibus tamen obiter aliqua inserta sunt, quæ ad hæresim, seu impietatem, diuinationem

seu superstitionem spectant, à Theologis piis & doctis, auctoritate nostra, expurgati, concedentur.

Idem iudicium si. de Prologis, Præfationibus, Epistolis, Summariis, Argumentis, Annotationibus, Scholiis, Repertoriis, Indicibus, Appendicibus, Censuris, aliisque operibus, quæ à damnatis auctoribus illius primæ Classis, aut aliis hæreticis cum erroribus contra Fidem vel ea quæ vulgò & ordinariè à S.R.E. recepta sunt, sacræ & Catholicæ doctrinæ libris apposita sunt, quos dicta ratione expurgatos permittemus.

Verùm posthac, ne denuò, nisi priùs correcti fuerint, excudantur.

Libri, Horæ, scripta collo appendenda, Orationes aut Deuotionaria superstitiosa, quocunque idiomate extent, quæ in seipsis, suis regulis, summariis, rubricis, titulis, aut alia parte continent spes aut promissiones superstitiosas & vanas; cuiusmodi sunt, Quòd hanc deuotionem, aut orationem recitaturus, aut habiturus nec repentina morte, nec aqua, nec igne, nec alio violentæ aut infelicis mortis genere moriturus: aut, Quòd mortis horam cogniturus: aut Quòd eâ horâ ad N. Dom^m^. venturus sit, aut his similia, prohibentur. Si verò cæteris partibus proba sint, si æquum videtur priùs, ab iis quæ superstitiosa sunt, purgata permittemus.

REGVLA IX.

Libri omnes, tractatus, Indices, Schedulæ, Memoriales, Receptæ, Amuleta, scripta aut chartæ, Geomantiæ, Hydromantiæ, Aëromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chiromantiæ, Necromantiæ, siue in quibus continentur sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, incantationes artis magicæ, & sortiariorum instrumenta, circuli, characteres, sigilla, annuli & figuræ aut dæmoniorum inuocationes, quocunque modo se habeant, prohibentur & reijciuntur.

Item omnes libri Astrologiæ iudiciariæ, quos vocant Natiuitatum, Interrogationum & Electionum, quibus asseruntur aut docentur Regulæ, docetur ars aut scientia, quâ per sydera, eorúmque aspectus futura contingentia, successus aut casus fortuiti, aut actiones quæ ab humana voluntate pendent, cognoscantur, licèt in eiusmodi libris, aliisque eiusmodi dicatur & asseratur nihil affirmari certò: aut quibus docentur responsa de factis & præteritis rerum euentis liberis & occultis, de furto & similibus: licèt etiam dicatur pro certo non affirmari, prohibentur. Prohibetur quoque & mandatur, ne quis iudicium de supradictis instituat.

Iudicia tamen & naturales obseruationes quæ Nauigationis, Agriculturæ, aut Medicæ artis iuuandæ gratiâ conscriptæ sunt, aut componuntur: & quæ tempestatum indicia, aut generales mundi euentus spectant,

qui

qui necessariò, aut vt plurimùm à causis naturalibus oriuntur, cùm ad diuinationem non pertineant, permittuntur.

Permittuntur quoque iudicia de natiuitatibus, quæ sine certa asseueratione docent, de inclinationibus & qualitatibus corporeis, & vnaquaque earum, coniecturam facere: modò ne ad futura contingentia, euentus, aut casus fortuitos, aut actiones, quæ ab humana voluntate pendent, extendantur.

Monemus insuper, etiam præter eos Casus, quorum cognitio & punitio iure ad S. Officium spectabat, ex Peculiari Sixti V. P. R. b. m. constitutione huius iudicij instituendi partes ad S. Officium pertinere, vbi aduersus delinquentes seuerissimè agetur.

REGVLA X.

PRohibentur omnes ij libri, aut tractatus, qui ab anno 1584. ad hanc vsque diem, non expressa auctoris, typographi, loci, & temporis quo excuduntur mentione, excusi sunt aut euulgati, aut deinceps excudentur aut euulgabuntur.

Et si quid horum desit, prohibiti censentur tanquam de mala doctrina suspecti. Veruntamen vbi constiterit aliquem aut aliquos ex horum genere nihil mali continere, sed sanam doctrinam tradere, eos habendi legendique facultatem, quoties opus erit, concedemus.

REGVLA XI.

PRohibentur similiter omnes, aut qualescunque Effigies, Figuræ, Numi, Symbola, Literæ maiusculæ Typographicæ, aut in libris excusis impressæ. Inuentiones, Oscilla, Numismata quocunque modo cusa, effigiata, impressa, factáve fuerint, quæ sancta sacramenta, aut sanctos eorúmque Imagines, Reliquias, Miracula, Vestes, Professionem, Vitámque, aut S. sedem Apostolicam eiúsque Statum, aut Rom. Pontificem, Cardinales, Episcopos, eorúmve Ordinem, Dignitatem, Authoritatem, Claues, & Potestatem spiritualem, aut statum Ecclesiasticum vel Religiosum irrisioni exponunt, aut probrosè traducunt.

REGVLA XII.

LIbri iam excusi & ab auctoribus Catholicis, qui nunc viuunt, aut vixerunt, & Catholicè diem supremum clauserunt, hoc Indice non prohibiti, aut illius regulis non comprehensi; etsi in illis quædam opiniones

aut doctrinæ nec probæ nec tutæ deprehendantur, ne prohibiti propterea censeantur: sed qui in illas incident, referre ad Inquisitores tenebuntur. Quo facto, vti poterunt libris, donec re à nobis cognita, constituatur, quid facto opus. Verùm prohibentur omnes libri posthac componendi, aut euulgandi, quibus errores Fidei, aut iis, quæ à S.R.E. docentur & approbantur, contrarij, continentur.

Prohibetur & mandatur, ne quis propria auctoritate eos expungat, inducat, vel deleat: neque libros, chartas, folia, in quibus illa reperiuntur igni tradat, priusquàm integros libros Inquisitoribus detulerit & consignauerit: ac retineat dictos libros aut chartas, prout ab illis decernetur.

Quoad libros, qui hoc Indice, iuxta ipsius Expurgatorij *normam, correcti emendatique permittuntur, statuitur, vt, nisi antehac à S. Sede aut eius delegatis & eorum mandato expurgatio, emendatióque peracta fuerit, ea, auctoritate S. Officij, aut eius ministri fiat: addita subscriptione illius aut eorum, qui iussu S. Officij id muneris susceperint: alioquin officio libros expurgandi nondum satisfeciſſe existimabuntur.*

REGVLA XIII.

IN genere declaratur ac constituitur, vt libri ab initio, quapiam lingua editi, & postea prohibiti, in quouis idiomate, in quod postmodum transferuntur, prohibiti habeantur, nisi aliud quippiam hoc Indice vel Expurgatorio *significetur: aut eam ob rem peculiaris à nobis licentia,* inscriptis, *impetretur.*

MANDATO A LOS LIBREROS, Corredores, i tratantes de Libros.

TODOS Los que hazen oficio Libreros de mesa, o de tienda, o de Corredores, o compradores i vendedores de libros, o que tienen trato i mercácia dellos en qualquier manera, dentro de sesenta dias despues de la publicacion deste Indice, sean obligados a hazer inuentario, o memorial de todos los libros, que son a su cargo, por abecedario, que comience por los nombres i sobrenombres de los Autores, declarando en el los libros que tienen, i que no tienen

nen otros, i jurandolo, i firmandolo de sus nombres, i entregandole a los Inquisidores, auiendo alli Tribunal: i no le auiendo al Comissario para esso por ellos diputado; i a renouar en cada vn año, dentro de los primeros sesenta dias del año, el dicho inuentario, o memorial, assi de los libros que antes tenian, i estan por v nder, como de los que de nueuo han entrado en su poder, que comience a correr el primer año dende el principio del año de 1614. haziendole, i entregandole en la forma susodicha, so pena de treinta ducados para los gastos del Santo Oficio, por cada cosa de las arriba dichas, que dexaren de cumplir.

NINGVNO De los susodichos sea osado de aqui adelante, atener, comprar, o vender libro, o libros prohibidos por nuestro Indice, o por edicto de los Inquisidores; ni otros libros hereticos, so pena por la primera vez de suspension del oficio, o trato de libros por dos años, i de destierro del lugar donde le exerciere, i doze leguas a la redonda por los mismos dos años, i de dozientos ducados para los dichos gastos. I por la segunda vez la pena doblada, i de otras penas, assi por la primera, como por la segunda vez, mayores, o menores, segun la grauedad de la culpa, a arbitrio de los Inquisidores: a cuya condenacion i execucion se procederà, aunque el libro, o libros esten ya en tercero posseedor, constando que ellos lo tuuieron, o vendieron, no innouando por esto en las demas penas estatuidas por Derecho, i Extrauagantes de los Romanos Pontifices, contra los que tienen, o leen libros prohibidos.

PARA Que los arriba dichos sepan los libros que son prohibidos o permitidos, o se mandan expurgar; i como se han de auer en la compra i venta dellos, Mandamos, que todos tengan en su poder este Indice, so pena de veinte ducados, para los dichos gastos, por cada vez que fueren hallados, estar sin el. I les encargamos, que no sabiendo lo que basta, para conocer los libros, que por el se prohiben, permiten, o mandan expurgar, o no teniendo persona en el despacho de sus tiendas, o trato que lo entienda, se abstengan desse oficio, o trato: con apercebimiento que les hazemos, que el no tener el Indice, ni el no conocer los libros, no les escusarà de las penas, en que incurrieren, contrauiniendo a lo mandado por este nuestro Indice.

MANDATO A LOS QVE meten libros en estos Reynos.

LOs Que meten, o hazen meter libros en estos Reynos i señorios, de qualquier estado i condicion que sean, los manifiesten por si, o por interposita persona, con inuentario, o memorial jurado, i firmado en la forma arriba dicha, en el primer puerto de mar, o de tierra de los dichos Reynos i señorios, a los Inquisidores, auiendo alli Tribunal del Santo Oficio; o si no le ai, al Comissario que tuuierẽ para esso diputado, so pena de ser perdidos los libros, i de dozientos ducados para los dichos gastos del Santo Oficio, por cada vez que los dexaren de manifestar, o no los manifestaren todos. I si se lleuaren a la aduana, o otro lugar señalado para semejantes mercancias, los ministros Publicos del no los dexen sacar, hasta que se les entregue testimonio, o firma de los Inquisidores, o del Comissario, de que està hecha ya con los dichos libros la diligencia necessaria, i que por lo que toca al Santo Oficio, pueden ser despachados; o que de su parte se los pidan, para hazerlos ver i reconocer.

Vvolfangus Vviſenburgius.823
III. CLASSIS.
De Vera pronuntiatione Græcæ, & Latinæ linguæ, Commentarij. 823
X
I. CLASSIS.
Xenophontis Operum Verſione cum præfationibus.824

FINIS.

INDEX



INDEX LIBRORVM EXPVRGATORVM.

A.

PRIMA CLASSIS OPERVM AVCTORVM DAMNATORVM, QVÆ cum expurgatione permittuntur.

ABRAHAMI BVCHOLZERI INDEX CRONOLOGICVS.

INdex Abrahami Bucholzeri Indice Chronologico, Cura Secunda, Gottfridi Bucholzeri F. locupletato, &c. Gorlicij, apud Ioannē Rhambā 1599.

In prima Operis inscriptione, post illud, *Abrahami Bucholzeri*, adde, *Auctoris damnati*. Et paulò inferius, ibi, *Fideliter continuatus*, dele, *Fideliter*. Et post vocem, *continuatus*, adde, *Opus prohibitum, sed cum expurgatione permissum*.

Expungatur tota Epistola dedicatoria ad Ioachimum Fridericum Silesiæ Ducem; & tota præfatio ad Lectorem, vsque ad titulum, *Literarum & Notarum*, exclus. Et post priuilegium Cæsareum, deleantur omnia vsque ad initium Operis, quod incipit, *Creatio cœli & terræ*.

Anno mundi 987. pag. 2. ibi, *Translatus est in cœlum*, pro, *in cœlum*, scribe, *in Paradisum*.

Anno mundi 3050. pag. 20. ad finem, ibi, *Translatus in cœlum*, pro, *cœlum*, scribe *Paradisum*.

Anno Christi 49. pag. 158. ante medium, ibi, *Non sufficere solam fidem ad salutem*, pro *solam fidem*, scribe, *Euangelium*.

Anno Christi 381. pag. 238. à medio, ibi, *Oecumenica Secunda, à Theodosio indicta*, pro, *à*, *scribe*, *sub*.

Anno Christi 451. pag. 268. initio, ibi, *à Marciano indicta*, pro *à scribe*, *sub*.

Anno Christi 525. pag. 292. in medio post illud, *Iustino petunt*, *Vt*, dele vsque ad, *Italiæ periclitanti*, exclus.

Anno Christi 607. pag. 307. in fine dele Titulum, *Romanorum Pontificum primatus*. Et pag. 308. initio, post illud, 5. *Febr. Onuphri.*) dele vsque ad,

Mense Aprili, excluſ.

Anno Chriſti 1073. pag. 344. verſus finem, poſt illud, *Hic aduerſatus eſt Henrico IIII. Imper.* dele vſque ad, *Ferdinandus I. Rex Hiſpan.* excluſ.

Anno Chriſti 1074. pag. 345. expunge Titulum illum, *Cœlibatus Sacerdotum in Germania*: & deleantur ſequentia omnia vſque ad annum 1075. excluſ.

Anno Chriſti 1080. pag. 347. verſus finem, poſt illud, *præciſa eſt dextra*, dele vſque ad illud ſequentis paginæ ſub initium, *Sepultus eſt Mersburgi*. excluſ.

Anno Chriſti 1159. pag. 366. ad finem, deleatur §. *Secutum eſt ſchiſma.*

Anno Chriſti 1161. pag. 368. in medio, poſt illud, *In Hieremiam interpretatio*, dele vſque ad finem anni, & §.

Anno Chriſti 1303. pag. 397 à medio in §. *eodem tempore*, poſt illud, *Siffrid. Tritthe.* dele vſque ad finem anni.

Anno Chriſti 1313. pag. 400. à medio, poſt illud, *Aſſumptionis Mariæ 15. Auguſti*, dele vſq; ad, *Moritur in Tuſcia.* excluſ.

Anno Chriſti 1324. pag. 402. in fine, poſt illud, *Defenſor pacis*, dele vſque ad finem anni.

Anno Chriſti 1326. pag. 403. initio, poſt illud, *A matre admorſa gena*, dele omnia vſque ad, *Pruſa Bithyniæ*, excluſ.

Anno Chriſti 1350. pag. 407. ſub initium, poſt illud, *impetranda concurrerunt*, dele vſque ad, *Tritth. Platin.* excluſ.

Anno Chriſti 1400. pag. 417. ante medium, poſt illud, *frequentata eſt*, dele vſque ad, *Hic ipſe Bonifacius*, excluſ.

Anno Chriſti 1416. pag. 422. initio, ibi, *M. Hieronymus Pragenſis*, dele, *M.* Et paulò inferiùs, poſt illud, *pari ſupplicio affectus*, dele vſque ad finem anni.

Anno Chriſti 1431. pag. 428. in medio, poſt illud, *Primis duob. annis nihil actum*, dele vſque ad, *Actum poſtea de.* excluſ.

Anno Chriſti 1432. pag. 430. in medio. poſt illud, *Diſputatum eſt quinquaginta diebus, &c.* dele vſq; ad, *Sylvius*, excluſ.

Anno Chriſti 1439. pagina 433. initio, poſt illud, *Epiſtolam 81. Aen. Sylvij*, dele §. ſequentem vſque ad, *Græci poſt multas.* excluſ.

Anno Chriſti 1449. pag. 445. in medio, ibi, *Baſilienſi Concilio Romanus Pontifex*, ſcribe, *Baſilienſi conciliabulo Antipapa.* Et deinde poſt illud, *in Eccleſia ſchiſma*, dele vſque ad, *Nicolao V. ius ſui Papatus ceſſit, ſolo Cardinalatus*, excluſ. & dele illud, *ius ſui Papatus.*

Anno Chriſti 1457. pag. 461. initio, dele totum §. *Circa hunc annum à reliquis, &c.*

Anno Chriſti 1472. pag. 473. à medio, poſt illud, *temporum meliorum ploro*, dele vſque ad finem §.

Anno Chriſti 1479. pag. 478. in fine, ibi, *A communi ſententia eius temporis*, pro, *eius temporis*, ſcribe, *Eccleſiæ.*

Anno Chriſti 1482. pag 481. ſub initium, deleatur numerus II.

Anno Chriſti 1483. pag. eod. ante medium, deleatur totus numerus I. & paulò inferiùs, numero II. poſt illud, *Nicolaus Ambsdorfius*, dele vſque ad, *pro Wurtzenam*, excluſ.

Anno Chriſti 1483. pag. 482. ante medium, numer. 4. ibi, *& Geographus excellens*, dele, excellens, Et deinde numerus V. expungatur.

Anno Chriſti 1485. pag. 481. Numero I. ibi, *Pomeranus Theologus*, dele, *Theologus.*

Anno Chriſti 1488. pag. 485. Numero III. *Myconius Theologus*, dele, *Theologus.*

Anno Chriſti 1491. pag. 487. à medio,

dio, in numero, II. dele nomen, *Theologi*.

Anno Christi 1492. pag. 489. ad finem, Numero II. ibi, *Islebius Theolog.* dele, *Theolog.*

Anno Christi 1493. pag. 492. ad finem, Numero I. ibi, *Northusianus Theolog.* dele, *Theolog.* Et mox Numero II. post illud, *Simon Grynæus*, dele vsque ad, *cuius scripta sunt*, exclus.

Anno Christi 1494. pag. 493. versus finem, Numero II. ibi, *Theologus Lipsiēsis*, dele, *Theologus*.

Anno Christi 1496. pag. 495. ante medium, Numer. I. ibi, *Forsterus Theologiæ Doctor*, dele, *Theologiæ Doctor*, & post medium, Numer. I. post vocem, *Zieglerus*, dele vsque ad, *die* 10. *Nouembr.* exclus.

Anno Christi 1497. pag. 496. à medio, dele totum Numerum I.

Anno Christi 1498. pag. 498. ante mediū, deleatur totus Numerus III.

Anno Christi 1499. eadē pag. Numero II. post vocem, *Brentius*, dele, *Theologus*. Et Numero III. *Vvellerus Theologus*, dele, *Theologus*.

Anno 1500. pag. 500 prope medium. post illud, *Iubilæi indulgentijs missi*, dele vsque ad, *Propter eos, qui Romam*, exclus.

Eodem anno, pag. 502. initio, Numero II. post illud, *Ioachimus Camerarius*, dele vsque ad, 12. *Aprilis*, exclus. Et dele totum Numerum III. Et Numero IIII. ibi, *Theologus Tigurinus*, dele, *Theologus*.

Anno Christi 1502. pag. 502. post medium, deleatur totus §. *Lutherus*.

Eodem anno, pag. 504. initio, Numero III. ibi, *Maior Thelogus*, dele, *Theologus*. Et Numero IIII. *Philosophus eximius*, dele, *eximius*. Et anno Christi 1503. pag. 504. in medio Numero IIII. post illud, *in lucem editus* 30. *Iunij*, dele omnia vsque ad Numerum V. exclusiuè.

Eodem anno, pag. 505. sub initium, Numero I. post illud, *Obijt* 18. *Augusti*, dele vsque ad, *Alexandro mortuo successit*, exclus.

Anno Christi 1504. pag. 506. ad medium, Numero II. ibi, *Senior Theologus*, dele, *Theologus*. Et Numero IIII. post illud. *Paulus Fagius*, dele vsque ad, *Tabernis Rhenensibus*. Et Numero V. ibi, *Lasius Theologus*, dele, *Theologus*.

Anno Christi 1507. pag. 508. ad finem, post illud, 2. *Maij, ætatis* 24. dele vsque ad, *Nati sunt*, exclus.

Eodem anno, pag. 509. post initium, Numero III. post illud *Ioannes Sturmius*, dele vsque ad, 1. *Octobris, horâ* 2. exclus.

Anno 1508. pag. eadem à medio, post illud, *Venetis bellum inferunt*, dele §. Μωρίας, vsque ad illud pag. seq. *Trithemius scripsit*, exclus.

Anno eodem pag. 510. in medio, post illud *amittat bestia quarta*, dele vsque ad finem §.

Anno 1509. pag. 511. in medio post illud, *feliciter profligauit*, dele vsque ad, *Nati sunt*, excluſiuè. ibidem post medium, dele totum Numerum II.

Anno Christi 1511. pag. 513. versus finem, Numero I. ibi, *Eberus Theologus*, dele, *Theologus*. Et Numero II. ibi, *Hyperius Theologus*, dele, *Theologus*. Et pag. 514. Numero VI. post illud, *Theophili Porti Cret. Fil.* dele vsque ad, die 22. *Augusti*. exclus.

Anno Christi 1512. pag. 514. ad finem, post illud, *in Theatrum Orbis terrarum*, dele vsque ad illud seq. pag. *Nati sunt*, exclus.

Anno Christi 1513. pag. 517. in medio, Numero III. post vocem, *Hemmingius*, dele vsque ad, *C.S.E. in Dania*, exclus.

Anno Christi 1514. pag. 518. ante

medium, post illud, *Vicit & profligauit*, dele vsque ad, *Nati sunt*, exclus. ibidem, Numero III. post illud, *Ioannes Gigas*, dele vsque ad, 22. *Februar. Northusij*, exclus.

Anno Christi 1515. pag. 520. initio, Numero IIII. post illud, *Georgius Cassander*, dele vsque ad, *C. S. E. Brugis*, exclus. Et Num. V. post vocem, *Lycosthenes*, dele vsque ad, *cuius opera extant*, exclus. & Numer. VI. ibi, *& Philosophus excellens*, dele, *excellens*.

Anno 1516. pag. 521. sub initium, post illud, *ab Erasmo Roterodamo*, dele vsque ad, *Vrbs Vallis Ioachimicæ*, exclus. Ibidem Numero VI. post vocem, *Poeta*, dele vsque ad, 24. *Aprilis* excluſiuè.

Anno Christi 1517. pag. 523. post illud, *Leoni X. in Pontificatu succeßit. Vide Onuphr.* dele omnia vsque ad finem Operis: nam reliqua quæ sequuntur, non permittuntur.

Ex Indice Operis dele nomina Hęresiarcharum, & quæ de illis ibi notantur.

Est verò alia eiusdem Operis vetustior Editio, Gorlicij apud Ambrosium Fritschium, anno 1580. quæ facilè iuxta hanc ipsam expurgationem, poterit expurgari.

ITEM ISAGOGE Chronologica.

EX *eiusdem Abrahami Bucholzeri Isagoge Chronologica, Gorlicij, apud Ambrosium Fritschium, anno 1580.*

In prima Operis inscriptione, post illud, *ac fundamenta indicans*, adde, *prohibitum quidem, sed cum expurgatione permissum.* Et post illud, *Abrahamo Bucholzero*, adde, *auctore damnato.*

Fol. 10. pag. 2. post initium, post illud, *Ioannes Funccius*, dele vsque ad, *primus docuit copulare*, excluſiuè. Et post illud, *Vt multa alia*, dele vsque ad, *Verum non satis*, exclus.

Fol. 11. pag. 2. sub initium, ibi, *eruditè ratiocinatur*, dele, *eruditè.*

Fol. 19. pag. 2. initio, dele à principio Numeri VI. vsque ad §. *Porrò nobis non aduersatur.* exclus. in pag. sequenti post medium.

Fol. 27. pag. 1. in Textu Danielis, ibi, *Vt finiatur delictum, & contegatur peccatum*, pro, *contegatur*, scribe, *deleatur.*

Fol. 35. pagina 1. ad finem, post illud, *quod res ipsa dici postulat*, dele vsque ad *Leonhartum Krentzemium*, excluſiuè: & post vocem, *Virum*, dele vsque ad, *nobis coniunctißimum*, excluſſiuè. Et post illud, *in Chronologia*, dele vsque ad, *à se edita*, exclus.

Fol. 41. pag. 1. post initium, ibi, *R. D. Leonhartus*, dele, *R. D.*

Fol. eod. pag. 2. ad medium, post illud, *& obseruantem redama*, dele vsque ad, *Et affini tuo*, excluſiuè. Et post illud, *dici credo*, dele vsque ad, *Maistero Ludouico*, excluſiuè. Et ibi, *& stelligero Atlanti Sculteto*, dele, *stelligero Atlanti.*

Fol. 42. pag. 2. Numero II. initio, ibi, *Enoch raptus in cœlum*, pro, *cœlum*, scribe, *Paradisum.*

Ibidem ad medium Numero III. post illud, *Veluti alter mundi sol*, dele vsque ad, *in ipso medio Vltimi*, exclus. & loco expunctorum substitue, *Bononiæ coronatus est.*

Fol. 46. pag. 2. ante medium, vltim Era, quæ incipit, *A confirmato primatu, &c.* deleatur tota, vsque ad, *A regno Semiramidis*, excluſiuè.

Fol. 47.

Fol. 47. pag. 2. initio, post illud, *Rodolphi I. Habspurgij*, dele vsq; ad proximos numeros exclus.

Fol. 51. pag. 1. à medio, post illud, *& inuenta Typographia* 138. dele vsque ad illud, *Typographus Lectori*, exclusiuè.

Pag. 51. colum. 2. expungatur tota Epistola Gaspari Hoffemanni, ad Abrahamum Bucholzerum.

ÆMILII PORTI, & aliorum in Dionysium Halicarnassæum Notæ.

EX Dionysij Halicarnassei Antiquitatum Romanorum Libris X I. cum Æmilij Porti Notis, Henrici Stephani Operis Varijs, & Isaaci Casauboni Animaduersionibus. Excudebat Eustathius Vignon sibi, & Henrico Stephano.

In prima Operis inscriptione ad finem, adde, *Sunt quidem Aemilius Portus, Henricus Stephanus, & Isaacus Casaubonus auctores damnati, sed istæ eorum in Dionysium, notæ operæ, & Animaduersiones cum correctione permissæ.*

In Epistola Dedicatoria Æmilij Porti, ad Ioannem Septimium, cuius initium, *Vtinam (illustris, &c.* pag. 4. ad medium, post illud, *Negauit, hoc ipsum*, dele vsque ad illud, *Laborum assiduitate*, exclus.

Et in Præfatione Typographi ad Lectorē, quæ incipit, *Nouam hæc*, post medium, ibi, *Operis egregiam Dionysio*, dele, *egregiam*. Et ibi, *partim multa obseruatione dignissima ante oculos*, dele, *obseruatione dignissima*.

EX ÆMILII PORTI Annotationibus.

Pagin. 37. col. 2. in fine, litera F. §. *Erexit*, ibi, *qua de re vide doctissimas CL. V. Ioseph. Scaligeri*, dele, *doctissimas CL. V.*

Pagin 74. col. 1. in fine, liter. F. §. *Ob suffragiorum inæqualitatem*, ibi, *quod olim CL. V. D. Iosepus Scaliger in suis elegantiss. commentarijs*, dele, *CL. V. D. & elegantiss.*

EX HENRICI STEPHANI Operis.

Capit. 16. pagin. 52. ante medium, §. *Inter Phrases*, post illud, *numero Gulielmus Xylander*, dele vsque ad §. *Venio ad posteriorem*, exclusiuè.

EX ISAACI CASAVBONI Animaduersionibus.

Pag. 10. col. 1. à medio, num. 4. ibi, *Sed ê libris aureis De emendatione*, dele, *aureis*.

Pagin. 11. colum. 2. ante medium, n. 14. ibi, *ductu auctoritate summi viri Iosephi*, dele, *summi viri*.

Pag. 17. colum 2. post medium, num. 21 ibi, *Vehementer quod eruditissimo viro Friderico*, dele, *eruditissimo viro*.

Pagin. 21. colum. 2. post medium, num. 43. ibi. *legendum cum eruditissimo Sylburgio*, dele *eruditissimo*.

Pagin. 35. column. 2. post medium, numer. 6. ibi, *ante nos maximus criticorum Scaliger*, dele, *maximus criticorum*.

ITEM IN XENOPHONTIS Omnes Libros Notæ.

EXpurgationem harū Æmilij Porti Notarum require in 1. Classe, verb. *Ioannis Leunclauij, §. Item in Xenophontem, Notata*, ibi, *Ex Æmilij Porti.*

ALBERICI GENTILIS DE Diuersis temporum appellationibus, &c.

EX *Alberici Gentilis de Diuersis temporum appellationibus libro, Vitebergæ, Ex officina Cratoniana, anno* 1586.

In prima Operis inscriptione, post illud, *Alberici Gentilis*, adde, *Auctoris damnati*, & post vocem, *Liber*, adde, *prohibitus, sed cum expurgatione permissus.*

In Epistola Alberici Gentilis ad Ernestum, & Augustum, cuius initiũ, *Vobis, Principes, &c.* pag. 2. prope mediũ, post illud, *cupio adseruare*, dele vsque ad, *mihi omnia pertierunt*, exclus. Ibidem pag. 3. prope medium, post illud, *Vt certè estis, etsi*, dele vsque ad, *perinsignes non existimaremini*, exclus.

ITEM DE LEGATIONIBVS Libri tres.

EX *eiusdem Alberici Gentilis de Legationibus Libris tribus, Hanouiæ, apud Guilielmum Antonium* 1594.

In prima Operis inscriptione, ibi, *I.C. Clarissimi*, dele, *Clarissimi*, & substitue, *Auctoris damnati*. Et post illud, *Libri tres*, adde, *prohibiti, cum expurgatione tamen permissi*. Deinde dele illa, *Omnibus omnium ordinum, &c.* vsque ad finem inscriptionis.

Expungatur tota Epistola Dedicatoria Alberici Gentilis ad Philippum Sydneium, cuius initium, *Magnum, Sydnei, &c.*

Lib. 1. cap. 3. pag. 8. in fine, post illud, *vel ad eum sunt*, dele vsque ad, *Et Hispani à Legato*, exclus.

Cap. 7. pag. 19. à medio, post illud, *Deorum transmiserit*, dele vsque ad, *Quod dicere habeo*, exclus.

Lib. 2. cap. 4. pag. 70. sub initium, post illud, *Gallici Comment. Lib. primus*, dele vsque ad, *Num quod Regem Ammonitarum*, exclus.

Ibidem paulò inferiùs, ibi, *Ab Arriouisto Papa, Ammonita*, dele vocem, *Papa.*

Cap. 7. pag. 81. ante medium, post illud, *à quibus defecerunt*, dele vsque ad illud, in fine sequentis pag. *Ego autem nec tyranno fauco*, exclusiuè.

Cap. 11. pagin. 98. circa finem, post illud, *Nota hæc sunt omnia*, dele vsque ad illud pagin. 100. sub initium, *Iam in altera quæstione*, exclus.

Cap. 18. pagin. 123. ad medium, post illud, *Notas, necauit*, dele vsque ad, *Dimittendum legatum*, exclus.

Libr. 3. cap. 9. pag. 171. circa finem, post illud, *rerum vsus perducat*, dele vsque ad illud paginæ sequent. ad finem, *Cæterum hæc disceptatio*, exclusiuè.

ITEM

ITEM CONDITIONVM
Lib. 1. cum Epistola.

EX eiusdem *Alberici Gentilis Conditionum Lib.* 1. *Londini, Excudebat Ioannes Vvolfius*, 1587.

In prima Operis inscriptione, ad finem, adde, *Albericus Gentilis, Auctor damnatus : Opus tamen hoc permissum.*

Expungatur tota Epistola Alberici Gentilis ad Ioannem Pierceum, quæ incipit, *Accipe, Vir reuerendissime, &c.* cum inscriptione.

ITEM DISPVTATIONVM
Decas prima.

EX eiusdem *Alberici Gentilis Disputationum Decade Prima. Londini excudebat Ioannes Vvolfius*, 1587.

In prima Operis inscriptione, post illud, *Professoris Regij*, adde, *Auctoris damnati.* Et post illud, *Decas Prima*, adde, *prohibita; cum expurgatione verò permissa.*

Præcidatur tota Epistola Alberici Gentilis ad Franc. Valsingamum, cui initium, *Quanta illa sit, &c.* cum inscriptione.

Disputatione 2. pag. 28. in fine, post illud, *Velle suffecisset*, dele vsque ad, *Non quæro*, exclus.

ITEM DISPVTATIONES DVÆ, &c.

EX eiusdem *Alberici Gentilis Disputationibus duabus, I. de Actoribus, & Spectatoribus fabularum non notandis, II. De abusu mendacij. Hanouiæ, apud Guilielmum Antonium*, 1599.

In prima Operis inscriptione, ibi, *I. C. Clarissimi*, dele, *Clarissimi.* Et post illud, *Professoris Regij*, adde, *Auctoris damnati.* Et ibi, *Disputationes duæ*, corrige, & substitue, *Disputatio.* Et post illud, *non notandis*, dele vsque ad, *Nũc primùm*, exclus. Deinde ibi, *in lucem editæ*, lege, *edita*, & post eandem vocem, *editæ*, dele vsque ad finem inscriptionis. Et in locum expunctorum repone, *prohibita; cum expurgatione autem permissa.*

Deleatur tota Epistola Dedicatoria Alberici Gentilis ad Thobiam Matthæum, cui initium. *Quæ prodit nunc, &c.* cum inscriptione.

Cap. 2. pagin. 11. in fine post illud, *& alij nostri, &*, dele vsque ad, *Buchananus, cum Diana*, exclus.

Cap. 6. pag. 28. à medio post illud, *à Caleno fuit*, dele vsque ad illud pag. seq. ante medium, *Pergo verò, & quartum*, exclus.

Cap. 7. pag. 31. ante medium, post illud, *& quantilli temporis*, dele vsque ad illud initio pag. seq. *Ea Gangrensis Laudatissima*, exclus. Ibidem expunge notam marginis, *Bez. præf. N. T.*

Eod. Cap. pag. 32. ad finem, ibi, *ad opiniones suas. Quod & Synodi*, dele, *Quod & Synodi.*

Eod. Cap. pag. 33. in fine, post illud, *capere dictam legem*, dele vsque ad illud pag. seq. initio, *Nostri legẽ Hebræi.*

Cap. 8. pag. 36. sub initiũ, post illud, *liberorum facta idolis*, dele vsq; ad, *Simulatio, dissimulatio*, exclus.

Cap. 13. pag. 57. ante medium, post illud, *& prolata sunt nobis*, dele vsque ad, *Distinguenda tempora*, exclus.

Cap.22.pag.112.in fine post illud, *sacrorum sunt librorum*, dele vsque ad, *Imò apagete vos lusores*, exclus.

Pag.114, sub initium, post illud, *cum vestro Erasmo nunc*, dele vsque ad, *etiam Cardano*, exclus.

De Abusu vero Mendacij Disputatio, quæ viginti capitibus continetur, tota reijciatur cum Epistola Dedicatoria ad Thobiam Matthęum, quæ incipit, *Ecce sequitur, &c.* Disputationis verò initium est, *Scripsi ego in commentatione mea, &c.*

ITEM DE ARMIS ROMANIS LIBRI DVO.

EX eusdem Alberici Gentilis De Armis Romanis Libris duobus. Hanouiæ, apud Guilielmum Antonium, 1599.

In prima Operis inscriptione, ibi, *I.C. Clariss.mi*, dele, *Clarissimi*. Et post illud, *Professoris Regij*, dele, *Auctoris dãnati*. Et post illud, *in lucẽ editi*, adde, *prohibiti, sed cũ expurgatione permissi.*

Lib.1.cap.4.pag.24.à medio, post illud, *quæ damnata sententijs*, dele vsque ad, *est. Mitto posterioris*, exclus. Ibid. in nota marginis, dele, *Melan. epit. ph. mo.*

Cap.9.pag.59.sub initium, post illud, *& puniendi modus*, dele vsque ad, *Aristoteles ait*, exclus.

Lib.2.Cap.1.pag.92.in medio, ibi, *obscuri illi monachi, id est, tenebriones*, dele, *monachi.*

Cap.2.pag.113.ante medium, post illud, *desides prospectassent?* dele vsque ad *Primum Iuris Gentium*, exclus.

Cap.4.pag.148.ante medium, post illud, *Milesium Aristidem*, dele vsque ad, *Nec potuit Scæuola*, exclus.

Cap.8.pag.188.à medio, post illud, *Hispanica re citas contrarium*, dele vsque ad, *Quid mihi de perfidia*, exclusiuè.

Cap.13.pag.278.ante medium, ibi, *illum à latrocinio (hæc virtus Hispana) viriatum*, dele parenthesim (*hæc virtus Hispana.*)

ANDREÆ KNICHEN DE Saxonico non prouocandi Iure, &c.

EX Andr. Knichen de Saxonico non prouocandi Iure & priuilegio, Commentatione, innouata, aucta, lauigata. Hanouiæ, typis Vechelianis apud Claudium Marnium, &c. 1603.

In prima Operis inscriptione, ibi, *D. Andr. Knichen*, dele, *D.* & post vocem, *Knichen*, adde, *Auctoris* damnati. Et post illud, *aucta, lauigata*, adde, *prohibita, cum expurgatione verò permissa.*

Post summam Priuilegij Cæsarei, dele totam Præfationem ad Lectorem Beneuolum, cuius initium, *Inuidiam, quæ editionem, &c.*

Deinde dele tota duo Poemata gratulatoria, Nicolai ab Hanstein, quorum primum incipit, *Rerum atque eloqui.* Secundum verò, *Præsens opus.*

Præterea expunge totam Epistolam Tobiæ Lagi ad Andream Knichen, cuius initium, *Augustum Cæsarem, &c.* cum inscriptione. Et post eandem Epistolã dele omnia poemata, quæ sequuntur vsque ad titulum, *Glossarum designatio*, exclus. Et post hunc titulum, & vocem immediatè sequentem, *Electorum*, dele vsque ad, §. *Iure veluti post liminij*, exclus.

Electorum, Cap.1.cuius initium. *Septemuiratus institutio, cui adscribenda, &c.*

&c. pag. 28. expungatur totum, cum Summarijs eidem Capiti præfixis, vsque ad Summaria Capitis 2. exclus.

Cap. 2. expungantur quinque Summaria eiusdem Cap. nempe, 88. 89. 90. 91. & 92.

Eodem Cap. §. *Ac veluti mortali*, pag. 80. num. 87. post illud, *sibi constitit hactenus*, dele vsq; ad, † *Qui de validitate prædictarum*, excluſiuè, num. 92.

Cap. 3. dele Summarium 35. eiusd. Cap. quod incipit, *Vbi iura Theologicis ausis, &c.*

Eod. Cap. pag. 88. num. 35. post illud, *postponendum in Francia*, dele vsque ad, † *sepositа verò decisione*, exclus.

Cap. 5. §. *Præmissis minimè*, pag. 116. numero 87. ibi, *hinc scitè, Machiauellus*, dele *scitè*.

Ibidem, pag. 117. num. 92. post illud, *tutum non est*, dele vsque ad, † *absolutam igitur scientiam*, exclus.

Verb. *Ducum Saxoniæ*. Cap. 3. §. *Georgius Dux Saxoniæ*, pag. 196. numero 275. post illud, *Alberti filius*, dele vsque ad, *quod frater Henricus*, exclus.

Eodem cap. §. *Ad secundam classem*, pagina 201. num. 309. post illud, *meticulosa & coacta*, dele vsque ad, *ex prælibata vero*, exclus. initio seq. pag. num. 310.

Cap. 5. *De Regalijs in specie* §. *Flumina nauigationis capacia*, pag. 255. numero 146. post illud, *corporis inflictiuæ*, dele vsque ad, *Benedict. Guilhel.* exclus.

Verbo, *Ius*, Cap. 2. *Quòd consuetudo interstitij, &c.* §. *Ad contraria superiùs*. pag. 346. num. 158. ibi, *eleganter Colerus de processib.* dele, *elegan ter.*

ITEM DE VESTITVRARVM pactionibus.

EX eiusdem Andreæ Knichen in Frec Klebem de Vestiturarum pactionibus Parte prima, &c. Hanouiæ, Typis Vvechelianis apud Claudium Martium, & hæredes Ioannis Aubrij 1607.

In prima operis inscriptione, ibi, *Dn. Andreæ*, dele, *Dn.* & post illud, *in Frec Klebem*, adde, *auctoris damnati.*

Item post illud, *iugiter locupletata*, adde, *prohibita, cum expurgatione tamen permissa.*

In Præfaciuncula Tobiæ Lagi ad Lectorem, quæ incipit, *Duo potissimum*, pag. 4. à medio post illud, *perspicuam suggeri*, dele vsque ad, *Legat qui velit*, excluſiuè.

Deinde expungatur totum epigramma Valentini Vveinrichij ad Andream Knichen, quod incipit, *Quo quis iustitiam, &c.* cum inscriptione.

EX EIVSDEM ANDREÆ Knichen de Vestiturarum pactionibus Parte Altera.

Expungatur totum Carmen Nicolai ab Hanstein in Tractatum Andreæ Knichen de Vestiturarum pactionibus, quod incipit, *Iuris regula iusta, &c.* cum inscriptione.

Item deleantur duo alia integra Carmina, Alterum, cujus initium, *Magnus es ingenio, &c. Alterum quod incipit, iuris quæ deceant, &c.*

Cap. 1. pag. 30. nume. 149. post illud, *nec Socer meus*, dele vsque ad, *Petrus Vvesembecius piæ memoriæ Ordinarius*, exclus. Et dele, *piæ memoriæ.*

AN-

ANDREÆ LIBAVII
Alchymia.

EX Alchymia Andreæ Libauij recognita, emendata, & aucta, tum dogmatibus, & experimentis nonnullis: tum Commentario Medico, Physico, Chymico, &c. Francofurti, Excudebat Ioannes Saurius, &c. Anno 1606.

In prima operis inscriptione, post illud, *Andreæ Libauij*, adde, *auctoris dānati*. Et post illud, *oppositā censuræ Parisianæ*, adde, *Opus prohibitum, cum expurgatione verò permissum.*

In præfatione ad Lectorem, quæ incipit, *E varijs auctoribus*, pag. 4. §. *Sed eò pauciora*, ibi, *quid de eo magni viri, Crato*, dele, *magni viri.*

Lib. 2. Tractatu 1. cap. 28. Titulo, *Liquor Chrystalli.* §. *Variat aliquantulum*, pagina 80. à medio, ibi, *Communicauit vir clariss. Ioach.* dele, *vir clariss.*

Tractatu 2. cap. 26. pag. 160. §. *Huius loci*, ibi, *aliquando clariss.* dele, *clariss.*

ITEM COMMENTARIORVM
Alchymiæ Pars prima & secunda.

EX eiusdem Libauij commentariorum Alchymiæ parte prima & secunda, &c. Francofurti ad Mœnum.

In prima operis inscriptione post illud, *Libauij Med. D.* Adde, *autoris dānati*. Et post illud, *nec sonant aliter*, adde, *opus prohibitum, cum expurgatione verò permissum.*

Prima parte lib. 2. cap. 6. pag. 192. à medio, post illud, *fortissimum appellant Mercurium*, dele vsque ad, *cuius putrefactione*, exclusiuè.

Secunda parte lib. 2. vel Tractatu 2. de Mercurio Philosophorum pag. 37. à medio, post illud, *Typographias posteritati mandatur*, dele vsque ad, *Ev. Non immerito quis exclamet*, exclusiuè.

Tractatu de Aquis mineralibus, parte 3. de aqua Nili, ad Philippum Scherbium, pag. 184. in titulo, ibi, *Ad præstantem virum D. Philip. Scherbium Philosoph. & Med. præclarum*, dele, *præstantem virum, D. &, præclarum.*

Initio tractatus, ibi. *Scherbi præclare recordatus*, dele, *præclare.* Et paulò inferiùs, post illud, *puduit, & audaciæ quæ*, dele vsque ad, *me ineptire compulit*, exclus.

ITEM SINGVLARIVM PARS
Prima, Secunda, Tertia, & Quarta.

EX eiusdem Andreæ Libauij singularium Parte prima, &c. Francofurti, impressa typis Ioannis Saurij, &c. 1599.

In prima operis inscriptione, post illud, *Med. Physi. Rotemb.* adde, *Auctoris damnati*. Et post illud, *accuratè disseritur*, adde, *prohibita, cum expurgatione verò permissa.*

In Paragraphis de Hominis creatione, pagina 279. quæ errore est 379. præcidatur tota Illustratio Paragraphorum, quæ incipit, *Duplici ortu hominem, &c.* vsque ad Titulum, *Secunda Paracelsica*, exclusiuè, qui est pag. 293.

In Paracelsica Monarchia §. 8. pag. 295. initio, post illud, *superstitiosa defen-*

sio-

stione, dele vsque ad finem. §.

De Morionum Generatione, pag. 302. §. 2. post illud, *illud ipsum principium*, dele vsque ad, *natura sua corporis* exclusiuè.

PARS SECVNDA.

EX Parte secunda, &c. Francofurti, impressa typis Ioannis Saurij, &c. 1599.

In prima operis inscriptione, post illud, *Med. Physi. Rotemb.* adde, *auctoris damnati.* Et post illud, *byssi, &c. controuersiis*, adde, *prohibita, cum expurgatione verò permissa.*

In Prosphonisi ad Consules Halæ Sueuorum, quæ incipit, *Memorabilis est sententia*, pag. 5. ad medium, post illud, *auctoritate & subsidio*, dele vsque ad, *summæ doctrinæ & vigilantiæ virorum*, exclus.

In Tractatu Problematico, De Antipathia quadam tara, in Illustratione ad Problema 39. pag. 155. ad finem, ibi, *Historiam Mylius Theologus*, dele, *Theologus.*

In Problematis de Emersione submersorum cadauerum, problemate 7. pagin. 185. initio, ibi, *aliquos canibus fataliter destinatos*, dele vocem, *fataliter.*

In Notis ad eadem Problemata, pag. 197. sub initium, §. *In decimo, vbi dæmones*, post illud, *fuerit hæreseos reus*, dele vsque ad §. *Quæ de Pilati cadauere*, exclus.

In Disputatione Tuberana de Dētibus, in Notis, ex quibus petitæ obiectiones, pag. 212. versus finem. §. *Ad 8. Actu aliquando*, ibi, *Rauisio, Fallopio, Melanchthone*, dele vocem, *Melanchthone.*

In Contemplatione de intellectu bestiarum cap. 2. pagina 342. à medio, post illud, *Fabricium & alios*, dele vsque ad. *Si itaque sensus non discernit*, exclusiuè.

Ex Indice Auctorum, qui Operi Bombyciorum præfigitur pag. 365. dele, *Lutheri interpretatio Biblica.*

Bombyciorum lib. 2. §. *Secundo producitur Volaterranus*, pag. 470. sub initium, ibi, *Si ergo hi fallaces monachi*, dele, *fallaces.*

PARS TERTIA.

EX Parte tertia, &c. Francofurti, impressa typis Ioannis Saurij, &c. 1601.

In prima operis inscriptione, post illud, *Andreæ Libauij*, adde, *auctoris damnati.* Et post illud, *Indice capitum*, adde, *Opus prohibitum, cum expurgatione tamen permissum.*

Libro 2. cap. 10. in Scholis, pag. 198. in fine, ibi, *M. Bergius piæ memoriæ*, dele, *piæ memoriæ.*

Libro 5. cap. 26. in Scholis, pag. 647. ante medium, post illud, *iniunxisse certum numerum*, dele vsque ad, *sulphurtineas, interficit*, exclus.

Eodem lib. cap. 35. in Scholis, pag. 703. in fine, post illud, *rudi, & cingulo lato*, dele vsque ad, *Nam in sacris literis*, exclusiuè.

Ibidem pag. 704. initio, post illud, *ex pilis camelinis*, dele vsque ad, *incessisse, in nuda*, exclus.

Eadem pag. sub initium, *& Zona pellicea cinctus renes*, dele vsque ad, *Quòd in pario marmore.* exclus.

Et ad finem eiusdē pag. post illud *à morione distinguam?* dele vsque ad, *Sed hoc nihil ad illum nucleum*, exclus.

PARS QVARTA.

EX Parte quarta. Francofurti ad Mœnū, Typis Ioannis Saurij 1601.

In prima operis inscriptione, post illud, *Andreæ Libauij*, adde, *auctoris damnati.* Deinde post illud, *Nunc primùm in lucem prodita*, adde, *prohibita, cum expurgatione verò permissa.*

Batrachiorum lib. 2. cap. 23. pag. 424. initio. §. *Non omittam*, ibi, *Clariss. D. Iohannes Mosellanus*, dele, *Clariss. D.* Et statim, ibi, *Sueuorum eximius ad me*, dele, *eximius.*

Eadem pag. paulò inferius. §. *In superioribus literis*, ibi, *Dominus Martinus Crusius*, dele vocem, *Dominus.*

Ex historia Panacearia in Præfatione ad Lectorem, quæ incipit. *Confectum pridem*, pag. 478. sub initium, post illud, *paganum compilato*; dele vsque ad, *Hoc vultu impressam*, exclus.

Sectione 1. cap. 1. pag. 487. initio, ibi, *D. Camerarium, & Fischerum pp mm.* dele, *D. &, pp. mm.*

Eadem sectione 1. expunguntur quatuor integra Capita cum eorundem Argumentis seu Summariis, nimirum Caput 3. quod incipit, *Putarunt nonnulli, &c.* pag. 508. Caput 4. cui initium, *Magnum argumentum &c.* pagina 518. Cap. 5. quod incipit *Inuiti admodum, &c.* pag. 523. & Cap. 6. cui initium, *Nihil frequentius, &c.* pag. 532.

EX INDICE.

Dele, *Libauij honorificentissima testimonia, &c.*

ITEM TRACTATVS DVO PHYSICI

EX eiusdem Andreæ Libauij tractatibus duobus Physicis, &c. Francofurti, Excudebat Ioannes Saur, &c. 1594.

In prima operis inscriptione, post illud, *Physico Rotemburgotuberano*, adde, *Auctore damnato.* Et post illud, *Amuualdus sit vsus*, adde, *Omnia prohibita, cum expurgatione verò permissa.*

Tract. 1. pag. 36. ad medium, post illud, *Superstitionem confirmandam illudere*, dele vsque ad, *Noui homines, qui iuramento*, exclus.

Pag. 52. initio, & in fine precedentis pag. ibi, *Recitauit nobis Reuerendus & clarissimus D. D. Mylius*, dele, *Reuerendus & clarissimus D. D.*

Tract. 2. pag. 150. ad medium, ibi, *Ita vt quidam primarius Theologus, amicus sūmus*, dele, *primarius Theologus.*

Pag. 152. sub initium, post illud *Lib. 1. Cosmocriticæ cap. 6.* dele vsque ad, *Ex Lucretio recitantur*, exclus.

Pag. 169. sub initium, ibi, *Exempl Papatus, & Ethnicorum historia*, dele *Papatus &.*

Pag. 177. sub initium, post illud *extra tormentum collocat*, dele vsque ad §. *Thesi 65. & sequentibus*, exclus.

Pag. 180. ad finem, post illud, *Syracida de Samuele*, dele vsque ad, *siquidem non Samuel, sed.* exclus.

Pag. 215. in medio. ibi, *Notus nobis est Theologus quidam primi nominis amicus noster*, dele, *Theologus primi nominis.*

Pag

Pag. 227. ad finem, ibi, *Omnino tum Philippus Melanchthon, tum alij,* dele, *tum Philippus Melanchthon, tum.*

ITEM RERVM CHYMICARVM Epistolica forma.

EX eiusdem Andreæ Libauij rerum Chymicarum Epistolica forma, &c. Francofurti, Excudebat Ioannes Saurius, &c. 1595.

In prima operis inscriptione, ibi, *Explicationes ingeniosæ*, dele, *ingeniosæ*. Et paulò inferiùs, ibi, *Declarantur fideliter*, dele, *fideliter*. Deinde post illud, *Rotemburgo uberano*, adde, *Auctore damnato; opus prohibitum, sed cum expurgatione permissum.*

In Dedicatione, cui initium, *Medicinam esse artem*, pag. 3. in fine, post illud, *& Annales. Taceo*, dele vsque ad, *alioqui qui summam*, exclus.

Pag. 9. in fine, post illud, *studio non alienos*, dele vsque ad illud pag. seq. sub initium, *Quod mihi certissimo*, exclus.

In Præfatione ad Lectorem, quæ incipit, *Varia iudicia*, pag. 3. ante medium, ibi, *artis partibus eminet industria*, dele, *eminet industria.*

Deinde expungantur duæ Elegiæ, & tria encomia, atque Anagrammatismus in laudem auctoris & operis, vsque ad titulum, *Studiosis Chymiæ*, exclus.

Lib. 1. Epist. 1. pag. 15. ad finem, post illud, *Astrologi mendacissimi*, dele vsque ad, *Iudæi virulenti*, exclus.

Ibid. pag. 39. post illa verba, *quantū in sola Chymia*, dele vsque ad illa, *disputant multi*, exclus.

Epist. 14. quæ incipit, *Grata admodum, &c.* pag. 124. dele ab initio Epistolæ vsque ad illud, *Non est æquum, vt virorum*, exclus.

Epist. 29. pag. 268. sub initium, post illud, *Amo vero etiam*, dele vsque ad, *Theodorum Zuingerum familiarem*, exclus. Et statim post illud, *tuum & amicum*, dele vsque ad, *In huius cum*, exclus.

Epist. 30. quæ per errorem est 31. pag. 273. in medio, post illud, *pristinæ naturæ redolet*, dele vsque ad, *Chymici enim longè*, exclus.

Lib. 2. post Dedicationem expungatur tota Epistola Bernardi Stiberi, ad Andream Libauium, cui initium, *χαίρειν, Epistolas tuas*, &c. cum inscriptione.

Deinde deleatur Anagrammatismus Huldrici Buchneri, qui incipit, *Miles es? Hem pugna*, &c.

Epist 1. pag. 1. in titulo Epist. post vocem, *AD*, dele vsque ad *Ioachimum Camerarium*, exclus. Ibid. post illud, *Phil. & Med.* dele vsque ad, *Poliatrum Noricum*, exclus.

Ead. Epist. pag. 2. in fine, post illud, *te literis hisce*, dele vsque ad, *Compellare sum*, excl.

Epist. 2. pag. 5. in titulo Epist. post vocem, *AD*, dele vsque ad, *Ioachimum Camerarium*, excl. Ibid. post illud, *&c. Philos*, dele vsque ad, *& Reipubl.* exclus.

Epist. 3. pag. 13. in titulo, Epist. post vocem, *AD*, dele vsque ad, *Ioachimum Camerarium*, exclus.

Epistola 4. pag. 23. in titulo Epist. post vocem, *AD*, dele vsque ad, *Ioachimum Camerarium*, exclus.

Epist. 5. pag. 30. in titulo Epist. post vocem, *AD*, dele vsque ad, *Ioachimum Camerarium*, exclus.

Epist. 6. pag. 36. in titulo Epist. post vocem, *AD*, dele vsque ad, *Ioachimū Camerarium*, exclus. Et in fine eiusd. Epist. pag. 40. post illud. *religio, Tibi*, de-

le vsque ad, *non puto ignotum*, excluſ.

Epiſtol. 7. pag. 41. in titul. Epiſt. poſt vocem, *AD*, dele vsque ad, *Ioachimum*, excluſ.

Epiſt. 8. pag. 46. in titulo Epiſt. poſt vocem, *AD*, dele vsque ad, *Ioachimum*, excluſ.

Epiſt. 9. pag. 51. in titul. Epiſt. poſt vocem, *AD*, dele vsque ad, *Ioachimum*, excluſ.

Epiſt. 10. pag. 58. in tit. Epiſt. poſt vocem, *AD*, dele vsque ad, *Ioachimum*, excluſ.

Epiſt. 11. pag. 65. in titulo Epiſt. poſt vocem, *AD*, dele vsque ad, *Ioachimum*, excluſ.

Ead. Epiſt. pag. 70. ante medium, poſt illud, *quaro ex te Camerari*, dele vsque ad, *num putes*, excluſ.

Epiſt. 12. pag. 71. in tit. Epiſt. poſt vocem, *AD*, dele vsque ad, *Ioach.* excluſ.

Epiſt. 23. pag. 132. ſub initium poſt illud, *legitimarum deſertores*, dele vsque ad, *rabulæ, aurifices*, excluſ.

Epiſt. 25. pag. 146. à medio, poſt illud, εὔχου καὶ πονεῖ, dele vsque ad, *Turneſius præmittit*, excluſ.

Epiſt. 53. pag. 305. in tit. Epiſt. poſt vocẽ, *AD*, dele vsq; ad, *Ioach.* excluſ.

Epiſt. 54. pag. 316. in tit. Epiſt. poſt vocem, *AD*, dele vsque ad, *Ioachimum*, excluſ. & initio Epiſt. poſt illud, *Equidem tanta eſt*, dele vsq; ad, *vt ſcribis*, excluſ.

Epiſt. 55. pag. 323. in titulo Epiſt. poſt vocem, *AD*, dele vsque ad, *Ph. Scherbium*, excluſ. Ead. Epiſt. ad medum eiuſd. pag. poſt illud. *Perſcripſit mihi*, dele vsque ad, *Ioach. Camerarius pater*, excl.

Epiſt. 56. pag. 327. in titulo epiſt. poſt vocem, *AD*, dele vsque ad, *Ph. Scherbium*, excluſ. Initio Epiſt. poſt illud, *Nõ ignoro*, dele vsque ad, *quoſdam Chymicorum*, excluſ. Eadem Epiſt. pag. 331. ad medium, poſt illud, *Hoc aliquãdo ad*, dele vsque ad, *Camerarium ſcripſeram*, excl. Et in fine eiuſdem Epiſt. poſt illud, ἀνταποδείξεις, dele vsque ad, *Vale*, excluſ.

Epiſt. 57. pag. 333. in titulo Epiſt. poſt vocem, *AD*, dele vsque ad, *Phil. & Med.* excluſ. & poſt vocem, *Altorpianum*, dele vsque ad finem tituli.

Epiſt. 58. pag. 339. in titulo Epiſt. poſt illud, *Ad Philoſ.* dele vsque ad, *Ph. Scherbium*, excluſ.

Epiſt. 59. pag. 345. in titulo Epiſt. poſt vocem, *AD*, dele vsque ad, *Ph. Scherbium*, excluſ.

Epiſt. 60. pag. 350. in titulo Epiſt. poſt vocem, *AD*, dele vsque ad, *Ph. Scherbium*, excluſ. Et initio Epiſt. poſt illud, *ſuperioribus tibi*, dele vsque ad, *literis ſcripſi*, excluſ.

Epiſt. 61. pag. 357. in titulo Epiſt. poſt vocem, *AD*, dele vsque ad, *Ph. Scherbium*, excluſ.

Epiſt. 73. pag. 428. in titulo Epiſt. poſt vocem, *AD*, dele vsque ad, *Martinum Rulandum*, excluſ.

Epiſt. 82. pag. 488. in titulo Epiſt. poſt vocem, *AD*, dele vsque ad, *Martinum Rulandum*, excluſ. Idem fiat in titulo Epiſtolæ 83. pag 501.

Epiſt. 91. pag. 559. initio Epiſt. ibi, *ex Epiſtola ad D.* dele, *D.* & initio pag. ſeq. poſt illud, *Medicum & Philoſophum*, dele vsque ad, *natum eſſe medicinæ*, excl.

Lib. 3. Epiſt. 42. pag. 322. initio Epiſt. poſt illud, *admodum eſſe*, dele vsque ad, *amor ſatis ſuperque*, excluſ. Et in fine eiuſdem Epiſt. pag. 331. poſt illud, *noſtra ſtudia ames*, dele vsque ad, *Vale 23. Ian.* excluſ.

Epiſt. 43. pag. 331. in titulo Epiſt. ibi, *Medicumq; inſignem*, dele, *inſignem.*

Epiſtola 44. pag. 337. in titulo Epiſtolæ, poſt illud, *& Medicum*, dele vsque ad, *Gymnaſiarcham*, excluſ. & poſt vocem, *Sueuhalenſem*, dele vsque ad finem tituli.

ITEM

ITEM NOVVS DE MEDICINA veterum,&c.

EX eiusdem *Andreæ Libauij nouo de Medicina Veterum, tam Hippocratica, quàm Hermetica Tractatu, &c. Francofurti, Excudebat Ioannes Lechlerus* 1599.

In prima operis inscriptione, post illud, *Andrea Libauio M. D.* adde, *Auctore quidem damnato, opus prohibitum, sed cum expurgatione permissum.*

In Andreæ Libauij Defensione, quę incipit, *Libenter & cum Voluptate*, pag. 11. sub initium, ibi, *tum maximè præclari Viri, D. Ioachimi*, dele, *præclari Viri, D.* & ibi. *Medici summi*, dele, *summi.*

In Notis Libauianis in librum Iosephi Michaelij de Alchymia, Nota 6. pag. 15. in fine, ibi, *senex ille laudatissimus, atque ob id longè*, dele, *laudatissimus, atq; ob id longè.*

Eadem Nota, pag. 16. initio, post illud, *Philos. & Medicus*, dele vsque ad, *pridem effecit*, exclus.

Eadem pag. à medio, post illud, *testimonium mihi perhibet*, dele vsque ad, *Displiceant sanè illa*, exclus.

In Titulo de Medicina Hermetica, qui est pag. 241. post illud, *Expositio*, dele vsque ad, *Raymundi Lullij*, & post vocem, *Lullij*, dele vsque ad, *Cum scholiis, & interpretationibus*, exclus.

Præcidantur omnes Periochæ, & Paraphrases Capitum Rosarij, quod Arnoldo ascribitur, nimirum à pag. 456. vsque ad finem operis.

ARNOLDI DE REYGER Liber vnus disputationum,&c.

EX *libro Vno disputationum, siue Diatribarum Consuetudinum Feudalium, in quo totum ius Feudale certo ordine, & methodo breuiter IX. Disputationibus est conclusum, Auctore Arnoldo de Reyger, &c. Magdeburgi, apud Iohannem Francum, anno* 1603.

In prima operis inscriptione post illud, *Brandeburgici Consiliario*, adde, *auctore quidem damnato: Opus prohibitum, cum expurgatione tamen permissum.*

De inde expungantur insignia Arnoldi de Reyger cum Inscriptione, & Carminib. subiectis Nicolai Reusneri, quæ incipiunt, *Cur nomen, Clypeumq;*, &c.

In Epist. Dedicatoria Arnoldi de Reyger, quæ incipit, *Non minus Verè*, pag. 3. ad finem, post illud, *in hac materia Princeps*, dele vsque ad, *Hartmannus Pistoru*, & post, *insculcit*, dele vsque ad, *Henricus Rosenthal*, exclus.

Post disput. primam, in Problem. pag. 10. expungatur totum IV. Problema, quod incipit, *An Papa ab Imperatore*, &c.

Disputat. 2. Thesi 41. pag. 19. ibi, *Vt existimant Nobiliss. Ioachimus*, dele, *Nobiliss.* & ibi, *& D. Ioannes*, dele, *D.*

SECVN-

SECVNDA CLASSIS OPERVM CERTORVM AVCTORVM, QVÆ CVM expurgatione permittuntur, aut quibus cautio, vel explicatio adhibetur.

IN ABVLENSEM NOTAE MARginales, &c.

EX *notis marg.* (quæ Auctoris non sunt) *in Abul. Opera, edition. antiquior. Venetiis* 1530.

Ioſue 1. quæſt. 9. fol. 10. pag. 2. col. 1. vltra med. expunge notam marg. *Auctor non curat de myſticis, &c.* vſque ad fin.

Ioſue 6. quæſt. 73. fol. 98. pag. 1. col. 2. vltra med. tolle notam marg. *Nota quod do. Abulen. in toto hoc opere, &c.* vſque ad fin.

Matthæi 17. quæſt. 194. fol. 176. pagin 2. col. 2. à medio, dele marg. *Chriſtus, neque Apoſtoli oſtiatim vnquam, &c.* vſque ad finem.

ADAMI KELLERI OFFICIA Iuridico-Politica.

EX *Officiorum Iuridico-Politicorum Chiragogicis Libris tribus, opera Adami Kelleri I. V. Licentiati, &c. concinnatis Conſtantiæ, Ex officina Typographica Viduæ Leonhardi Straub. Anno* 1608.

Lib. 1. cap. 9. pag. 73. §. *De modo formandi*, ibi, *Syllogiſmos ſcripſit doctiſſimum, & facillimum*, dele, *doctiſſimum, &.*

Cap. 15. pagin. 117. §. *Illud quod medium*, ibi, *& exemplis pulcerrimè explicat*, dele, *pulcerrimè.*

Cap. 20. pag. 162. §. *De hac multa, & pulcra congeſſit*, dele, *pulcra.*

Cap. 28. pag. 202. §. *Plura in hunc*, poſt illud, *Guncheri cap. 3.* dele vſque ad fin. §.

Eod. cap. pag. 203. *Tanto magis*, ibi, *præfert D. Rutger. Rulant.* dele, *D.*

Lib. 2. cap. 2. pag. 243. §. *Quid enim*, ibi, *verbis refert doctiſſimus Nicol.* dele, *doctiſſimus.*

Cap. 7. pag. 321. §. *At in eiuſmodi*, ibi, *refert doctiſſimus D. Ioan.* dele, *doctiſſimus D.*

Eod. cap. pag. 329. quæ errore eſt 321. §. *Forma autem*, ibi, *& exẽplis more ſuo diligenti explicat doctiſſimus*, dele, *more ſuo diligenti, &, doctiſſimus.*

Cap. 11. pag. 362. §. *De SS Cæſareæ*, poſt illud, *Alemanniæ PP. fieri ordinaſſe*, dele vſque ad finem.

Cap. 14. pag. 443. §. *an etiam*, ibi, *tractat diligenter Eberhard.* dele *diligenter.*

Cap. 15. pag. 471. initio. §. *Sunt autem præcipui*, ibi, *D. Georg. Caſſander*

Theo

Theologus, dele, *D.* &, *Theologus*.

Cap. 25. pag. 563. §. *Porrò de inuestigando*, ibi, *Potissimum ex Domino Ioanne*, dele, *Domino*.

Eod. cap. pag. 565. §. *Ex his itaque*, ibi, *dicti D. Ioan.* dele, *D.*

Cap. 30. pag. 620. §. *De hac plura cõgessit pulcerrima*, dele, *pulcerrima*.

Lib. 3. ca. 1. pag. 628. §. *Regnũ enim*, ibi, *de hoc periculo peritè Nic.* dele, *peritè*.

ADOLPHI MEKHERCHI DE VETERI & recta pronuntiatione, &c.

EX *Adolphi MeKherchi de Veteri & recta pronuntiatione Linguæ Græcæ commentario*, circunferri solet cum libello, cuius titulus est, *De Vera pronuntiatione Græcæ, & Latinæ linguæ commentarij, excudebat Henricus Stephanus anno* 1587.

Post Epistolam Dedicatoriam in Auctorum nomenclaturis, pag. 10. col. 2. dele illud, *Theodorus Beza Vezelius*.

Cap. 7. pag. 30. à medio, post illud, *quæ copiosè*, dele vsque ad, *in hanc rem cum Stephano*, exclus.

Eod. cap. pag. 34. sub initium, post illud, *Ac tametsi nonnulli*, dele vsque ad, *tentarunt ex Veterũ*, exclus. & paulò inferiùs post illud, *maiore quodam spiritu*, dele vsque ad, *id sibi tractandũ*, exclus. Deinde, ibi, *hanc rem diligentissimè persequuti sunt*, dele, *diligentissimè*.

Post cap. 54. pag. 169. expungatur totum Epistolium Typographi ad lectorem, cuius initium, *Quam in editione Brugensi, &c.*

ALBERTI KRANTZII SAXONIA.

EX *Alberti Krantzij Saxonia, Frãcofurti ad Mœnum, apud A. VVechelum* 1580.

In præfatione Nicolai Cisneri pa. 6. ante medium, post illud, *complerentur. Itaque*, dele vsque ad illud, *qui diligentissimè primas gentium*, excluiuè, & dele, *diligentissimè*. Ibidem mox post illud, *origines inuestigarunt*, dele vsque ad, *Caspar Peucerus, Reinerus Reineccius*, exclus. Pag. 8. eiusd. Præfationis, initio, post illud, *Hasbis occupatas arbitratur*, dele vsque ad, *Caspar Peucerus, qui tamen*, exclus. Pag. 11. eiusd. Præfationis à medio, post illud, *illas mutationes sedium*, dele vsque ad, *eorum populorum*, excl.

LIB. 2.

Cap. 1. pag. 29. versus finem, post illud, *ex Victoria amplificare*, dele vsque ad illud, *Karolus erat, qui*, exclus. Ibidem dele notam marginis, *Constantini donatio fabulosa*.

Cap. 5. pag. 32. ad medium, dele notam marginis, *Monachismus depositionis genus*.

LIB. 3.

Cap. 1. pag. 55. ad medium, post illud, *Christianæ salutis DCCCCXX.* dele vsque ad finem Capitis. ibid. dele notam marginis, *Romani Pontificis non tam. &c.*

Cap. 3. pag. 61. ad medium, post illud, *nondum tamen baptizatus*, dele vsque ad finem capitis. Ibidem dele notam marg. *Syluestri fabula*.

Cap. 3. pagin. 65. initio, expunge notam marg. *Sacerdotium capitis diminutio*.

Cap. 4. pag. 67. prope medium, post illud, *Optimos Principes honore suo*, dele vsque ad, *Romanorum sine controuersia*, exclus. ibid. dele notam marg. *Papalis consecratio, &c.*

Cap.20.pag.75.à medio,post illud, *non diu post dimittitur*, dele vsque ad finem cap.Ibid.expũge notam marg. *Episcopi Sparta, &c.*

LIB. 4.

Integra duo capita, decimum & vndecimum pag.85. & 86. cum notis etiam marginalibus expungãtur.Cap. 26.pagin.94.à medio,post illud, *primus illud instituit*, dele vsque ad, *Sed hic fuit exitus Ottonum*, exclus.

LIB. 5.

Cap.8.pag.110. à medio,post illud, *Ethnici videbimur*,dele vsque ad,*Tum nobilem matronam*, exclus. Ibid. dele notam marg.*Papæ laxissima,&c.*

Cap.13.pag.113.ad finem,post illud, *de dispensatione fieret*, dele vsque ad, *Ad Mathildam reuertamur*.exclus.

Cap.37.pag.131.ante medium,post illud,*in locum Vnde prodierat*, dele vsque ad finem capitis.Ibid.dele notam marginis,*Papa sanctissimus,&c.*

Cap.38.pag.eadem in medio,dele notam marg.*Facere & mala, &c.*

Cap.39.pag.132. versus finem, expũnge notam marg.*Soluendi & ligandi,&c.*

LIB. 6.

Cap.16.pag.146.sub finem, post illud,*Romam eius gratia perduxit*,dele vsque ad, *Rex ergo profectus prosperè*, excluſiuè.Ibid.dele notam, *Annata nouum,&c.*

Cap.eodem pag.147.à medio,dele notam marg. *Pontifex admodum, &c.*

Cap. 17. pag. eadem in fine, dele notam marg.*Benedictio Pontificia,&c.*

Cap.18.pag.149. ad medium, dele notam marg. *Paparum riualium, &c.*

Cap. 22. pag. 151.à medio, dele notam marg.*Lubecensis Episcopus,&c.*

Cap.46.pag.167.ad finem,dele notam marg.*Amant primas,&c.*

Cap.eod.pag.168.sub initium, dele notam marg.*Vnius monachi,&c.*

Cap.47.pag.eadem,ad finem,dele notam marg. *Imperator & Pontifex, &c.*

Cap.51.pag.171 sub initium, post illud,*semper perseueremus*,dele vsque ad finem,cap.Ibid.dele notam marg.*Pontifices sensim,&c.*

LIB. 7.

Cap.13. pagina 182. in medio,dele notam marg.*Euangelium armis,&c.*

Cap.33.pag. 196.ad medium,expũge notam marg. *Papæ & Imperatoris, &c.*

LIB. 8.

Cap.14.pag.211.ad medium, post illud,*in Metropoli posuimus*, dele vsque ad, *Fridericus interea,&c.*exclus.

Cap.21.pag.215 à medio,post illud, *Taurinum & Alteram*,dele vsque ad, *Studuit huic principi*,exclus.Ibid. dele notam marg. *Imperium à Papa,&c.*

Cap.28.pag.221.ante medium,dele notam marginis,*Facultatum accupium Episcopus,&c.*

Cap.32.pag.223.ante medium,dele le notam marg.*Ecclesia Veri,&c.*

Cap.36.pag. 225. sub initium,post illud,*Ecce duo gladij hic*,dele vsque ad, *Sequenti tamen anno*, exclus. Ibidem dele duas notas marg. *Papa in theatro, &c.*&,*Tantæne animis,&c.*

Cap.37.pag. eadẽ à medio,expunge notam marg.*Reges Pontificem,&c.*

LIB. 9.

Cap.1.ad finem,pag.230.initio,post illud,*tunc ejiciuntur*, dele vsque ad finem capitis.Ibid.dele notam marg.*Itali Vindictæ,&c.*

Cap.5.pag. 232. post medium, expunge notam marg. *Cœlibatus lex. &c.*

Cap.7.pagin.234. initio, post illud,*apparuisse multi scribunt*, dele vsq; ad,*Hic fuit exitus Imperatoris,&c.* exclus.Ibid. dele notam margin.*Eucharistia Veneno*,&c.

Cap.10.pag.236.ante medium,post illud, *circunferre in omnia pericula*,dele vs-

le vsque ad, *Gerhardus igitur*, excluſ. Ibid. in nota marg. *Virginis imaginem in collo appendi, Syllæ exemplo*, dele, *Syllæ exemplo*.

Cap. 15. pag. 240. initio, poſt illud, *Imperij tum ſunt viſa*, dele vſque ad finem cap. Ibid. dele notam marg. *Papæ nimia*, &c.

Cap. 28. pag. 249. à medio, poſt illud, *à vinculis excommunicationis abſolutus exiuit*, dele vſque ad, *quo tempore etiam*, excluſ. Ibid. dele notam marg. *Papa in diſciplinam*, &c.

LIB. 10.

Cap. 2. pag. 260. ante medium, poſt illud, *ſe opponentes*, dele vſque ad, *Interim moritur Moguntinus.* excluſ. Ibid. dele notam marg. *Papæ pecuniam imperatam, &c.*

Cap. 4. pag. 261. ante medium, dele notam marg. *Duo Papæ riuales.*

Cap. 11 pag. 265. ad finem, tolle notam marg. *Vrbani Papæ non tolerandus, &c.*

Cap. eod. pag. 266. poſt initiũ, dele notam marg. *Epiſcopi Cardinales creati, &c.*

Cap. 25. pag. 275. ante medium, dele notam marg. *Eccleſiæ ampliſicandæ digna*, &c.

Cap. 36. pag. 282. ad medium, tolle notam marg. *Conſueta aucupia.*

LIB. 11.

Cap. 12. pag. 292. initio, dele notam margin. *Eccleſiam locupletare*, &c.

Cap. 20. pag. 297. ſub initium, dele notam marg. *Concilium Papa*, &c. Ibid verſus finem pag. dele notam marg. *Concilij iuſta in*, &c.

Cap. 30. pag. 305. ſub initium, poſt illud, *pacem Eccleſiæ reddidiſſe*, dele vſque ad finem cap. Ibid. dele notam margin. *Annatis Papa*, &c.

Cap. 33. pag. 307. ante mediũ, poſt illud, *Vix penetrauit ad Vrbem*, dele vſque ad, *Sed Fridericus nimiũ*, &c. excl. Ibid. dele notam marg. *Papa Imperij*, &c.

LIB. 12.

Cap. 1. pagin. 310. à medio, dele notam marg. *Papa venalis*, &c.

Cap. 27. pag. 327. à medio, dele notam marg. *Qui dixit, Aurum*, &c.

Cap. 28. pagin. 328. ante medium, poſt illud, *cœpit res intueri*, dele vſque ad, *Miſſis literis & nunciis*, excluſ.

LIB. 13.

Cap. 8. pag. 339. ante mediũ, dele notam marg. *Eccleſiaſticus bellum*, &c.

ITEM VVANDALIA.

EX eiuſdem Alberti Krantzij Vvãdalia, Francofurti, ex officina typographica Andreæ Vvecheli 1580.

Poſt Inſcriptionem operis, dele totam Epiſtolam Andreæ Vvecheli ad Hubertum Languetum.

LIB 2.

5 Ad finem cap. 5. post illud, *dissoluere, atque destruere*, dele vsque ad, *Mercurius quoq;*,exclus. & loco expũctorum repone, *non decet*.

Cap.6.fol.43.pag.2.prope mediũ, ibi,*sed alij, nescio qua ratione, Chrystallinum*, dele, *nescio qua ratione*.

TONO 4.

6 Cap.3. fol. 58. pag. 2. in medio, ibi, *& non rotæ, vt traductio nostra*, scribe,*vel rotæ,vt traductio nostra*, &c.

7 Cap.15.P.fol.72.pag.2.post medium,V.fol.73.pag.1,sub initium,ibi, *Angeli naturam terream*,scribe, *Angeli naturam metaphoricè terream*.

Ad finem cap. 15. ibi, *Paulus simul cum alijs,quibus datum est*,pro,*quibus*, scribe,*cui*.

Cap.19.fol. 75.pag. 2. P. ante medium, V. post medium, post illud, *in ditione tamen Martis esse videntur*, dele omnia vsque ad illud, quod est ad finẽ Cap.*Hucusq; processimus de*, excl.

Cap. 2. in medio Capitis, post illud,*saturnus itaque*,dele vsq; ad, *cùm deficiat ab opifice*,exclus.

Cap.31.fol.82.pag.2. P. sub initiũ, V. in medio, post illud, *quàm vulgò creditur*, dele vsque ad, *Vnde non absre Ros marinus*, excluſ.

Cap.32.fol.83. P. pag. 1. in medio, V.pag.2.sub initium,ibi, *qui Verè Sacerdotes effecti*, pro, *Verè*, ſcribe, *myſticè*. Et paulò inferiùs, ibi, *Et hic (Vt reor) eſt verus deliciarum*, pro, *verus*, ſcribe, *myſticus*.

TONO 5.

8 Cap.6.initio Capitis, poſt illud, *eſt prima omnium creaturarum*, dele vſque ad, *quam Vocant*, excluſ.

9 Cap.7.ad medium Capitis, ibi, *Virtute magni nominis (Vt dicunt Hebræi) omnia producta ſunt*, expunctis alijs, ita ſcribe, *Virtute diuina omnia compoſita producta ſunt*.

Capitis 10.initio, poſt illud, *eadem proportione continet*, dele vſque ad, *In anima verò eſt ſecundus nouenarius*, excluſ.& dele vocem, *Secundus*.

Eodem Cap.fol.91. pag. 1. in fine, ibi, *ex quibus quoddam mixtum*, pro, *mixtum*, ſcribe, *compoſitum*.

Cap. 12. fol. 92. pag. 2. in medio, poſt illud, *hæc autem ſenſibilem*, dele omnia vſque ad, *Completur igitur harmonia*, excluſ.

10 Cap.13.fol.93.pag.2.poſt initiũ, ibi, *quam Ariſtoteles intellectum agentem*, ſcribe, *quam Ariſtoteles mentem*. Et poſt illud, *intellectum abſolutè*, dele vſque ad, *Auguſtinus portionem*, excluſ.

Cap.14.fol.94.pag.1.ante mediũ, ibi, *Vocat non corporalium*, ſcribe, *Vocat non tantum corporalium*. Et paulò inferiùs, ibi, *cùm operatio à puro corpore*, ſcribe, *à puro ſolum corpore*. Et poſt illud, *prouenire minimè poſſit*, dele vſque ad finem capitis.

11 Cap.15.fol.95 pag. 1. poſt initiũ, poſt illud, *& docebit Vos omnia*, dele vſque ad finem capitis.

12 Cap.17.P.fol.96.pag.2. in fine, V.fo.97.pag.1. initio, ibi, *pro quo noſtra diminuta traductio*, dele, *diminuta*.

TONO 6.

13 Cap.1.fo.99.pag.2.poſt mediũ, ibi, *aut ſanctiſſimæ Trinitatis*, dele, *aut*. Et poſt illud, *Vt Catholici dicunt*, dele vſque ad, *exordio quodam præmiſſo*, excluſ.

14 Cap.5.fol.103.P.pag.1.ad finem, V.pag 2.initio, ibi, *De quo (Vt Origeni placet) meminit Moſes, cum ait: Maſculum*, ſcribe, *De quo (Vt Origeni placet) allegoricè poteſt illud Moſis intelligi: Maſculum*.

15 Cap.29.fol.120 pag. 2.ante medium, ibi, *Nam in huiuſmodi lunaribus & fœminis*, dele, *& fœminis*.

Cap.30.fol.121.pag.2.poſt mediũ, poſt illud, *quæ per ſeptem planetas*, dele vſque ad, *Per Saturnum ſpes*, excluſ. & loco expunctorum, repone, *ſignificantur*.

Cap.33.fol. 123. pag. 2. mox à medio, ibi, *Triuiales enim omnes*, pro, *Triuiales*, ſcribe, *Theologi*.

Cap.34.ſub initium, ibi, *Vt innuit Moſes in ſua horto*, ſcribe, *Vt myſticè innuit Moſes*, &c. Et paulò inferiùs, ibi, *quæ (niſi fallor,)* ſcribe, *quæ myſticè (niſi fallor.)*

Eodem Cap. fol. 225 pag. 2. ſub initium, ibi, *quo omnia pulchreſcunt*, ſcribe, *in quo omnia pulchreſcunt*.

TONO 7.

Cap.2.P.fol.127. pag. 2. ad finem, V.fol.128.pag.1.ſub initium, ibi, *Cætera autem producta enarrat*, ſcribe, *Cætera autem materialia producta*, &c.

Cap.4.fol.128. pag.2. ante mediũ, poſt illud, *Nec etiam ſpiritualis genitura fit ſine aqua*, dele vſque ad, *Vt ipſemet Nicodemo*, excluſ. & pro, *ipſemet*, ſcribe,

reſcribe, *Chriſtus*. Et poſt illud, *in regnum Dei*, dele vſque ad, *Eſt iterum aqua neceſſarium*, excluſ.

Cap. 5. ſub initium, ibi, id eſt, *Supra me ipſum, Vt omnes exponunt*, pro, *omnes*, ſcribe, *quidam*.

Cap. 7. ſub initium, ibi, *Sed illa aliquando dicitur*, ſcribe, *Sed illa aliquādo myſticè dicitur*.

Eodem cap. fo. 131. pag. 2. P. ante medium, V. poſt medium, ibi, *de quibus dicitur in Geneſi*, ſcribe, *de quibus myſticè dicitur in Geneſi*. Et paulò inferiùs, poſt illud, *Ex omni ligno paradiſi comede*, dele vſque ad, *Ipſemet quoque in Iſaia*, excluſ.

Cap. 8. poſt initium ibi, *pro quo mendoſa traductio*, pro, *mendoſa*, ſcribe, *Vulgata*. Et poſt illud, *habet occaſum*, dele vſque ad, *Bene igitur dicit Propheta*, excluſiuè.

Cap. 10. P. fol. 135. pag. 2. poſt medium, V. fol. 136. pag. 1. ante medium, ibi, *Vniuerſum orbem primò quidem gladio*, dele, *primò*. Et ſtatim, poſt illud, *gladio temporali*, dele vſque ad, *Ait igitur*, excluſ. Et paulò inferiùs, ibi, *pro quo nos habemus, neſcio quo ſenſu, interpretatum*, dele, *neſcio quo ſenſu*.

Eodem cap. fol. 136. P. pag. 1. ad medium, V. pag. 2. ante medium, ibi, *Corporis huius, Vbi deſeritur à ſapientia*, &c. pro, *Vbi deſeritur à*, repone, *ſine*.

Cap. 12. P. fo. 138. pag. 2. ad finem, V. fol. 139. pag. 1. ad finem, ibi, *ſed in conſpectu Dei*, pro, *ſed*, lege, *&*. Et poſt illud, *Dei renaſcimur*, dele vſque ad, *de quibus habetur*. Et paulò inferiùs, poſt illud, *quod primum mobile dicitur*, dele vſque ad, *& aquæ illæ ſuper cœleſtes*, excluſ.

Cap. 14. P. fol. 140. pag. 1. in fine, V. fol. 141. pag. 1. ſub initium, ibi, *Nec enim orbis hic*, pro, *Nec enim*, ſcribe, *Etenim*, & ſtatim poſt illud, *terræ fæculentæ*, dele vſque ad, *fundatus eſt ſuper flumina*, excluſ. Et ibi, *ſed orbis Eccleſiæ*, pro, *ſed*, ſcribe, *ſed & orbis*, &c. Et paulò inferiùs, verſus finem capitis, ibi, *qui (Vt in Geneſi legimus.)* ſcribe, *qui myſticè, (Vt in Geneſi legimus.)*

Cap. 21. ſtatim initio, poſt illud, *latent penitus ſenſus humanos*, dele vſq; ad, *Et vt aliquid aperiamus de arcanis*, excluſiue.

Eodem cap. P. fol. 147. pag. 1. poſt medium, V. fol. 148. pag. 1. initio, ibi, *Eſt itaque Paradiſus Voluptatis locus, & manſio*, ſcribe, *Eſt itaque Paradiſus Voluptatis, locus terreſtris, & myſticè manſio*, &c. Et inferiùs, poſt illud, *ad libitum videlicet in paradiſum Voluptatis*, dele vſque ad, *in quem datur introitus quando homo*, excluſ.

Cap. 22. initio, ibi, *Quæſi ſecundum verum ſenſum intelligere*, ſcribe, *Quæſi ſeruata hiſtorica veritate, ſecundum myſticum ſenſum intelligere*, &c.

Eodem cap. fol. 149. P. pag. 1. initio, V. pag. 2. ante medium, ibi, *Et quia aliquid veritatis in litera*, reſcribe, *Et quia hiſtorica veritas in litera*, &c. Et verſus finem Capitis, poſt illud, *fluuiorum conuenire non poſſint, niſi diceretur*, dele vſque ad finem cap. & loco expunctorum, ſubſtitue, *mutaſſe poſtea fontes & origines*.

Cap. 27. verſus finem Cap. ibi, *morbo comitiali qui dæmoniacus eſt*, dele, *qui dæmoniacus eſt*.

Cap. 28. initio cap. ibi, *à qua ſublata fuit maledictio*, ſcribe, *à qua vtcumq; ſublata fuit maledictio*.

Eodem cap. P. fol. 153. pag. 2. verſus finem, V. 154. pag. 2. poſt initium, ibi, *Voluit itaque Noe plantare*, ſcribe, *Voluit itaque Noe myſticè plantare*.

Eodem cap. 28. P. fol. 154. pag. 2. poſt initium, V. fol. 155. pag. 1. à medio, ibi, *in qua habetur vitis, & non vinea*, dele, *& non vinea*. Et paulò inferiùs, ibi, *& ſignificat non tranſtuliſti*, dele, *non*. Et ibi, *ſed quaſſare*, pro, *ſed*, ſcribe, *&*.

Eodem Cap. P. fol. 155. pag. 1. ſub initium, V. fol. 156. pag. 2. à medio, poſt illud, *qui diabolum ſignificat*, dele vſque ad, *Vnde diaboli, qui expellebantur*, excluſ.

TONO 8.

Cap. 1. P. fol. 163. pag. 2. ante medium, V. fol. 164. pag. 2. ante mediũ, ibi, *ludens larga licentia traductum eſt*, dele, *larga licentia*.

Cap. 2. P. fol. 165. pag. 1. à medio, V. fol. 166. pag. 1. verſus finem, poſt illud, *Eſt namque Vnus atque ſublimis*, dele vſque ad, *dum homo mundo corde*, excluſ. Et paulò inferiùs, ibi, *inter hanc intuitiuam & Peripateticos*, dele, *intuitiuam*.

Cap. 4. ad finem Cap. ibi, *& Vi trahit*, ſcribe, *& efficaciter trahit*.

Cap. 5. poſt initium Cap. poſt illud, *ſuo influxu fauent*, dele vſque ad, *Currunt alij facilius*, excluſ.

Cap. 9. P. fol. 172. pag. 1. ad finem, V. fol. 173. pag. 2. ante medium, ibi, *& non ſub firmamento, Vt habet*, pro, *& non*, ſcribe, *Vel*. Et inferiùs, ibi, *quæ Volant, non ſub firmamento*, pro, *non*, lege, *nedum*.

Cap. 17. verſus finem Cap. poſt illud, *Septem candelabra aurea*, dele vſq; ad, *& in medio ſimilem filio hominis*, excluſ.

Cap. 18. P. fol. 179. pag. 2. verſus finem, V. fol. 181. pag. 1. à medio, poſt illud, *de quibus ibidem ſcribit Iohannes*, dele vſque ad, *Sed ſi duodecim ſunt portæ*, excluſ.

CANTICO 2. TONO 1.

Cap. 1. P. fol. 185. pag. 2. ante medium, V. fo. 187. pag. 1. ad medium, ibi, *niſi per magis participatam diuinitatem*, ſcribe, *niſi per Vnitam humanæ naturæ diuinitatem*. Et paulò inferiùs, poſt illud, *lapſus huiuſmodi reparari*, dele vſque ad, *Nec erat Angelus*, excluſ. Et ibi, *niſi omni genus homo Vnibilis*, pro, *Vnibilis*, ſcribe, *Vniendus*. Et paulò inferiùs, ibi, *arborem ſcientiæ boni & mali, quæ Chriſtus eſt*, ſcribe, *quæ myſticè Chriſtus eſt*.

Cap. 2. initio, ibi, *Spiritus ſancti furore debachantes*, ſcribe, *Spiritus ſancti impulſu plenos*.

Eodem Cap. P. fo. 186. pag. 2. in medio, V. fo. 188. pa. 1. ad fin. ibi, *Quod (quidquid habeat traductio noſtra) ad Verbum*, dele parentheſim (*quidquid habeat traductio noſtra.*) Et paulò inferiùs, poſt illud, *Ipſe locutus eſt, & non ſtabit?* dele omnia vſque ad, *Chriſtus autem Deus, & homo*, excluſ.

Eodem Cap. 2. P. fol. 188. pag. 2. poſt medium, V. fol. 190. pag. 2. ante medium, poſt illud, *ſiue munitiones eius*, dele vſque ad, *Vt nec legio eorum:* & pro, *eorum*, ſcribe, *Angelorum*.

Cap. 3. P. fol. 189. pag. 1. ad mediũ, V. fol. 191. pag. 1. ſub initium, ibi, *qui antonomaticè dicitur Filius Dei*, ſcribe, *qui eſt verus Filius Dei*. Et ad fin. Cap. ibi, (*Vt nouitiores Theologi docent*) del. *nouitiores*.

Cap. 11. P. fo. 196. pag. 2. ſub initiũ, V. fo. 198. pag. 2. poſt medium, poſt illud, *perfectumq; generat*, dele vſque ad, *Sequitur Plotinus*, excluſ. Et ibi, *maximum eſt, poſt ipſum primum*, pro, *poſt*, ſcribe, *ſicut*.

Ad finem eiuſdem Cap. ibi, *habet imaginem niſi anima*, adde, & ſcribe, *niſi anima & Angelus*.

TONO 2.

Cap. 5. P. fol. 203. pag. 2. ad finem, V. fol. 205. pag. 2. ad finem, poſt illud, *cum capitibus argenteis*, dele vſque ad, *Columnæ enim tabernaculi*, excluſ.

Cap. 7. poſt initium Cap. poſt illud, *ſine ipſo Deo facere nequit*, dele vſque ad, *aliam rationem aſſignemus*, excluſ.

Cap.

Cap.8.sub initium Cap. post illud, *id est, arbor vitarum*, dele vsque ad, *Viuunt itaque omnia*, exclus.

Cap.11.sub initium, Cap.ibi, *Nec opinor hoc intelligendum de exaltatione*, scribe, *Nec opinor hoc intelligendum tantum de exaltatione.* Et paulò inferiùs, ibi, *Nec arbitror hoc intelligi*, scribe, *Nec arbitror hoc tantum intelligi.* Et ibi *sed de ea*, scribe, *sed etiam de ea.*

Cap.13. P.fol.208. pag.2. ad mediũ, V.fol.210.pag.2.ante medium, post illud, *Latonam dixere, à latendo*, dele vsque ad, *Tellurs autem vim*, exclus.

Cap.14.P.fol.210. pag. 2. ante medium, V.212.pag.2.ante medium, ibi, *Mors quippe est ipse angelus mortis*, scribe, *Mors quippe est etiam ipse angelus mortis*, & ibi, *Vt exponunt omnes, qui rectè sentiunt*, scribe, *Vt aliqui exponunt.*

Cap. 15. P. fol. 211.pag. 1. ante medium, V.fol.213.pag.1.ante medium, post illud, *& potestatem & virtutem*, dele vsque ad, *cui Pater omnia donauit*, exclus.

Cap.18.P.fol.215.pag.1.ad finem, V. fol.217. pag. 2 .ante medium, post illud, *qui si ab eodem fonte procedunt*, dele vsque ad, *diuersus induunt*: adde, ac lege, *diuersas tamen induunt.*

Cap.19.P.fol.216. pag. 1. ante medium.V.fol.218.pag.1. post medium, post illud, *Copiosa turba innititur*, dele omnia vsque ad finem Capitis.

TONO. 3.

Cap.6.P.fol.223.pag.2. ad finem, V.fol.226.pag.1.ante medium, ibi, *antequàm induamus illam sacram vestem*, pro, *antequam*, scribe, *Vt.*

Cap.eodem, P.fol.224.pag.2. post medium, V.226.pag.2.in fine ibi, *quod nescio quomodo interpretati sunt*, dele, *nescio quomodo.* Et paulò inferiùs, ibi, *Nec propitiationem adinueniet*, adde, & lege, *Nec propitiationem pro se adinueniet.*

Eodem.cap.6.P.fol.226.pag.1.post initium, V.fol.128.pag. 1.ad medium, post illud, *Sacramentum bifario matrimonio*, dele omnia vsque ad, *Insuper & gibbi, & claudi*, exclus.

Cap.eodem, P.fol.226 pag. 1. post medium, V.fo.228.pa.1.ad finem, post illud, *Charismata superiora ad nos*, dele omnia vsque ad, *Posita tandem dicitur lamina*, exclus.

Cap.7. P.fol.227. pag.1. ante mediũ, V.fo.229.pa.1.ad mediũ, ibi, *ex aqua, qui est ipse filius Dei*, rescribe, *ex aqua, quod instituit ipse Filius Dei.*

Eodem Cap.P, fo.228.pa.1. ad medium, V.fol.230.pag.1.a medio, ibi, *elementis def. cantibus, sed melioribus*, pro, *melioribus*, scribe, *metaphoricis.*

Cap.8.post medium Cap. ibi, *Pugnauit itaque Michael tanquam verus Sacerdos*, pro, *verus*, scribe, *mysticus.*

Cap.9.P.fol.230, pag. 1. in medio, V.fol.232.pag.1. à medio, post illud, *tuum ne auferas à me*, dele vsque ad, *solus Iesus, de quo dictum*, exclus.

Cap,11.P.fol.233.pag.1.initio, V.235. pag. 1.initio, post illud, *Quæ nec iustificabat*, dele vsque ad, *Ideò inquit Apostolus, cum Hebræis*, exclus.

Cap.12.P.fol.234.pag. 1. post initium, V.fol.236.pag.1.post initium, ibi, *pro quo mendosi codices habent*, pro, *mendosi*, scribe, *vulgati.* Et post illud, *pro nobis peccatum fecit*, dele vsque ad, *Fuit igitur peccatarium*, exclus.

Cap.14.P. folio 237. pag.1. versus finem, V.fol.239. pag.1. versus finem, ibi, *Et pastura gregum post desertũm*, pro *post desertũ* scribe, *in deserto*, Et paucis interiectis, post illud, *ad quem deuenerat, sanctus erat*, dele vsque ad, *Quæ etiam virga diuinæ*, exclus.

Eodem ca.P.fol.238. pagina 1. post medium, V.fol. 240. pag. 1. post medium, ibi, *destruitur mors, id est, angelus mortis*, pro, *id est*, scribe, *&*.

Cap.15.P.fol.239, pag. initio, V.

folio 241. pag.1. sub initium, post illud, *figuram gerebant*, dele vsque ad, *Aut quia nos sponte relinquimus, & damus diabolo*, excluſiuè.

Ibid. P. fol.239. pag.1. in fine, V. fol.241.pag.2.ſub initium,ibi, *quod ad ipſius juriſdictionem ſpectat*,ſcribe,*quod ad ipſius juriſdictionem quodammodò ſpectat*.Et ibi,*quod ſedes potißima ipſius aduerſary eſt*.ſcribe,*quod ſedes potißima ipſius aduerſary interdum eſſe ſolet*. Et ibidem paulò inferiùs, poſt illud, *ſed forſitan*, dele vſque ad, *dicitur emiſſarius*,excl.

Cap.17.P.fol.241.pag.2. poſt medium, V. fol.244.pag.1.poſt initium, poſt illud,*ex hu quæ mandi poſſunt*,dele vſque ad,*Origenes exiſtimauit*,excl.

Cap.20.P.fol. 245.pag.1.verſus finem, V. fol. 248. pag.1. ſub initium, poſt illud, *ſubactum & inuolutum oleo*, dele vſq; ad, *Hæc n. ſimul cũ his*, excl.

Cap.21.P.fol.246.pagin.2.ad medium,V.fol.249.pagin.1.à medio,ibi, *aut de nouo creando*, dele, *aut*. Et ibi, *aut in fundendo id*, pro,*aut*, ſcribe,*&*. Et poſt illud,*ab ipſo fonte emanat*,dele vſque ad,*Ab eodem loco*, excluſ.

TONO 4.

Cap.6. P. fol. 252. pag. 2. ad medium, V. fol.255. pagin.1. in fine,poſt illud, *Nam educti filij Iſraël de Ægypto*, dele vſque ad,*erexerant imaginem beſtiæ*, excluſ.

Cap.7.P.fol.254..pag.2.in fine,V. fol.257.pag.3. ad medium, *Verba autem mea non præteribunt*, dele vſque ad,*in quo nullus fuit error*,excl.

Cap.9.P.fol.256.pagin.1.à medio, V.fol.259.pag.1. ſub initiũ, poſt illud, *Ego ſum creans malum*, dele vſque ad, *Eſt itaq; Deus creans malũ*, excl. Et ibi, *quæ ex ipſius natura mala eſt*, ſcribe, *quæ ex ipſius natura quodammodo mala eſt*. ſtatim ibi,*trahit ad malum*, ſcribe, *trahit ad imperfectum*.

Eodem cap. P. fol.256. pag.2. poſt medium,V.fol.259. pag. 2. ante medium,ibi,*illorum integer ſit perpetrator*, pro, *integer*, ſcribe,*ſolus*.

Cap. 10. P.fol.258. pag.1.poſt medium , V. fol.261. pag.1. ſub initium, ibi,*letali & irreparabili vulnere*,dele, *& irreparabili*, & poſt vocẽ, *vulnere*, dele vſq; ad, *Hinc medela afferri*,excl.

Cap. 12. ſub initum cap. poſt illud , *penitus extincta. Sed*, dele vſque ad, *Veniamus ad Euangelium*, excluſ. Ad finem capitis poſt illud , *aliam ab alia penitus diſtinguit*, dele vſque ad, *Cùm igitur charitas diſtinguatur*, excl.

Cap.13. P.fol.262. pag.1.verſus finem,V. fol. 264. pagin. 2. à medio, poſt illud , *eſt aperta ſententia Pauli*, dele vſq; ad , *Epiſtola ad Hebræos, vbi ait*,excluſiuè.

TONO 5.

Cap.2.P.fol.266.pag.1. ſub initiũ, V.fol.268.pag.2. ſub initium,poſt illud, *& in eodem regenerantur omnia*, dele vſque ad, *Et quia in hac regeneratione*.excluſ. Ibid. verſus finem,pag. poſt illud, *quæ ſemen ſuſcipiat* , dele vſque ad, *Huic difficultati*, excluſ.

Ad finem ejuſdem cap.ibi, *Sed cõtinetur hæc virtus, aut ſignatur*, pro, *aut ſignatur*,ſcribe,*& efficitur*.

Cap.3. initio,poſt illud, *alteri conjugum fidelis ſit*, dele vſque ad , *In hoc etiam matrimonio*,excluſ.

Cap.4.P.fol.268. pagin.1.poſt initium,V.fol.270. pag.2. prope mediũ, ibi,*vt dehinc diabolo cedere nequeat*,ſcribe, *vt de hinc quandiu ſemen illud diuinum conſeruauerit , diabolo cedere nequeat*.Et inferiùs,ibi,*quòd homo non renaſcitur*, dele,*non*.Et paulò inferiùs, ibi,*ſed per ſemẽ illud diuinũ*,pro,*ſed*,lege,*&*.Et ad finẽ cap. poſt illud, *vel in minimo obſeruat*,dele vſq; ad finẽ cap.

Cap.6.P.fol.269. pag. 1. poſt medium,V.fol.271.pag.2. ad finem,poſt illud,*& lignum vitæ in ejus medio ſtullio*, dele vſque ad , *collocauit* , excluſiuè.

Deinde

Deinde ibi, *Lignum scientiæ boni & mali. quod Christus est*, scribe, *quod mysticè Christus est.*

Cap. 9 P. fol. 272. pag. 2. ad medium, V. fol. 275. pag. 1. à medio, post illud, *quæ præparasti diligentibus te*, dele vsque ad, *A quibus dependet cognitio*, exclus.

Cap. 10. P. fol. 273. pag. 1. sub initiũ, V, 275. pag. 2. ante medium, post illud, *in nobis remanserit vestigium*, dele vsque ad, *Iesus Doctor noster*, exclus.

Cap. 11. P. fol. 274. pag. 2. ad finem, V. fol. 277. pag. 1. ante medium, ibi, *id est, captam ex vtraque natura portionem*, scribe, *compositam ex vtraque natura personam.*

Ca. 18. initio, post illud, *vnire simul in idem corpus*, dele vsq; ad, *cuius ipse caput effectus*, exclus.

Eodem cap. P. fol. 280. pag. 2. à medio, V. fol. 283. pag 2. ante medium, ibi *non ipsa* (*vt mendosa habet traductio,*) dele, *non:* & pro, *mendosa*, substitue *Vulgata.*

TONO 6.

Cap. 8. P. fol. 290. pag. 2. ad finem, V. fol. 294. pag. 1. in medio, ibi, *pro quo, corrupto vocabulo, dicitur*, dele, *corrupto vocabulo.* Et paulò inferiùs, ibi, *quia mysteria non sunt in idiomate Latino, sed in Hebræo*, scribe, *quia mysteria & sunt in idiomate Latino, & in Hebræo.*

TONO 7.

Cap. 3. post initium cap. ibi, *Habuit enim Iſaak ex legitimo coniugio*, pro, *legitimo*, lege, *primario.* Et ibi, *& Ismaelem ex spurio*, pro, *spurio*, lege, *secundario.* Et statim ibi, *& diuinæ mentis legitimum & spurium coniugium*, rescribe, *& diuinæ mentis primarium, & secundarium coniugium.* Et ibi, *Fuit quippe legitimum coniugium Patri*, pro, *legitimum*, lege, *primarium.* Et post alia, ibi, *sed quis fuerit Ismael de spurio coniugio* pro, *spurio*, scribe, *secundario.* Et ibi, *ex alio, quàm legitimo*, scribe, *ex alio, quàm primo.* Et paulò inferiùs ibi, *Non quippe ex legitima & naturali*, dele, *legitima &.* Et ibi, *& rerum productio spuria*, pro, *spuria*, lege, *secundaria.* Et statim ibi, *ex qua legitimus natus est*, pro, *legitimus*, scribe, *naturalis.* Et ibi, *Prima itaque productione spuria*, pro, *spuria*, lege, *secundaria.* Et infra, ibi, *Vidit tamẽ hic primogenitus ex spuria*, pro, *spuria*, lege, *secundaria.* Et ibi, *filium legitimum*, scribe, *filium naturalem.* Et versus finem cap. post illud, *Opprimere legitimum filium. Qui*, dele vsque ad, *tamdiu stetit in regno*, exclus. Et ibi, *Et tunc ablata est ab eo imago Patris*, pro, *imago*, scribe, *perfectior illa ratio imaginis Patris, &c.*

Cap. 5. P. fol. 301. pag. 2. ante medium, V. fol. 305. pag. 1. in fine, post illud, *nec earum coniugio contentus*, dele vsque ad, *prolis amore etiam*, exclus.

Cap. 9. versus finem, post illud, *Venit in aqua & sanguine*, dele vsque ad, *Aquilo est restitudo*, exclus.

Cap. 12. P. fol. 308. pag. 1. prope medium, V. fol. 312. pag. 1. à medio, ibi, *pro quo nescio quomodo, habeamus*, dele, *nescio quomodo:* & lege, *habemus.*

Cap. 14. P. fol. 311. pag. 1. post medium, V. fol. 315. pag. 2. initio, ibi, *Quod non congregamini significat, vt habet mendosa traductio, sed augemini*, dele, *nõ* & pro, *mendosa*, scribe, *Vulgata*, & pro, *sed*, scribe, *&.*

Cap. 16 P. fol. 313. pag. 2. in fine, V. fol. 318. pag. 1. ad medium, ibi, *habitabit, & non maris*, scribe, *habitabit, vel maris.*

Cap. 17. P. fol. 314. pag. 2. sub initiũ, V. fol. 318. pag. 2. à medio, ibi, *humiliauit se, & non quieuit*, pro, *& non*, scribe, *vel.*

Cap. 18. P. fol. 316 pag. 1. in fine, V. fol. 320. pag. 2. ad medium ibi, *Et nescio quomodo traductum habeamus*, scribe, *Et nos rectè traductum habemus.* Et ibi, *Gad enim non accinctum, sed felicem,*

lege *Gad enim accinctum, & felicem.*

Cap.19.P. fol. 317.pag. 1. ante medium, V.fol.321.pag.1.versus finem, ibi, *Nec benè habet traductio*, dele, *Nec* & scribe, Et Deinde ibi, *porat non sit Hebræum*, dele *non*. Et starim ibi, *sed est Vocabulum*, pro, *sed*, lege, *& est quoque vocabulum, &c.*

Eodem Cap.P.fol.318.pag.1.sub initium, V.fo.322.pag.1. post medium, ibi, *Fuit enim Paulus vniuersalis pastor*, dele, *Vniuersalis.*

Cap.21.sub initium Cap.ibi, *Omnium Ecclesiarum tanquam Vniuersali*, dele *Vniuersali.*

Cap.22.P.fol.322,pag.2.ad mediũ, V.fol.327.pa.1.ante medium, post illud, *omnia expurgantur scelera* dele vsque ad, *Eoq; intrans aureum thuribulum*, &c.excluſ.

TONO 8.

Cap.2.sub initium ibi, *Cùm de serie rerum intellectualium, sub hortuli & arborum metaphora*, scribe, *cum de serie rerum intellectualium mysticè, sub hortuli, & arborũ vera historia à Mose*, &c. Et ibi, *quæ, nulli dubium, Christus est*, scribe, *quæ, mysticè, nulli dubium, Christus est.*

Cap.9.P.fol.333.pag. 1. versus finẽ, V.fol.338.pag.1.post initium, ibi, *Cuius membrum & Virtus aliqua erat*, dele, *& Virtus aliqua.* Et inferiùs, P. pag.2. post initium, V.pag.1.à medio, ibi, *Pro quo mendosa traductio*, scribe, *Pro quo Vulgata traductio.*

CANTICO 3. *TONO* 1.

Cap.2.P.fol.336.pag. 1. in fine, V. fol.3.pag.1.initio, post illud, *benè chordatus cum corpore & anima*, dele vsque ad finem Capitis.

Cap.3.P.fol.337. pagina 2. ad medium, V.fol.4.pag.1.ad medium, post illud, *magis quam mali quia*, dele vsque ad, *sicut non est homo, qui non peccet*, excluſ.

Cap.5.P.fol.339.pag.1.à medio, V. fol.5.pag.2.ad medium, ibi, *Curanda sunt igitur primò corpora*, pro, *primò*, scribe, *etiam.* Et paulò inferiùs, post illud, *temperaturq; ipsum corpus*, dele vsq; ad, *Vt nullo distemperamento grauatum*, excluſ.

Cap.7.sub initium, ibi, *non quidem quòd terra sis*, scribe, *non quidem tantùm, quòd terra sis.*

Cap.8.P.fol.341.pag. 2. ad mediũ, V.fol.8.pag.1.ante medium, post illud, *à cœlorum præsidentia absoluantur*, dele vsque ad, *Quas vitæ connexiones*, excluſ. & pro, *Vitæ*, lege, *influxus.*

Eodem cap.P. fol.342. pag. 1. initio, V.fol.8.pag.2.initio, post illud, *Et hoc (vt diximus)* dele vsq; ad, *particulari tamen virtute*, excl.

Eodem cap.8.P.fol.342.pag.2.ante medium, V.fol.9. pag.1. ad medium, post illud, *& semper mundus oblectatur*, dele vsque ad, *Verum aliquando immundi angeli*, excl.

Et in fine cap. post illud, *Dedit eis potestatem filios Dei fieri*, dele vsq; ad, *Ecce igitur quomodo*, excluſ.

TONO 2.

Cap.1.P. fol. 350. pagina 1. ad medium, V.fol.16.pag.2.prope medium, ibi, *pro quo nos mendosè habemus*, dele, *mendosè.*

Cap.2.P.fol.351.pag.1.initio, V.fo. 17.pag.2.initio, post illud, *Sortitæ esse æqualem gradum*, dele omnia vsque ad, *Obserua, precor, Apostoli Verba*, excluſ.

Cap.4.P.fol.353. pag. 1. ante medium, V.fol.19.pag.2.ante medium, ibi, *Est enim ipso quædam obligatio*, scribe, *Est enim in ipso quædam veluti obligatio.*

Cap. 5. P. fol. 355. pagina 1. ad medium, V.fol.21.pag.2.in medio, ibi, *& per Christum, qui est Vera aqua*, scribe, *& per Christi gratiam, quæ est Vera aqua.*

Cap.6.P.fol.355.pagin.2. versus finem,

nem, V. fol. 22. pag. 1. in fine, ibi, *omnes animas à progenitore suo productas*, pro, *productas*, scribe, *producendas fuisse*. Et paulò inferiùs, ibi, *à principio infudit largissimus*, pro, *infudit*, lege, *infudisset*.

TONO 3.

Cap. 2. P. fol. 363. pag. 2. ad finem, V. fol 30. pag. 2. in fine, post illud, *Quibus ex aduerso stantes*, adde, *asserimus, non simpliciter, & secundum naturam, sed secundum quid, & quoad dona gratuita hominem Angelo maiorem esse, & ab infallibili*, &c. Ibid. P. fol. 364. pagina 1. initio, V. fol. 31. pag. 1. sub initium, ibi, *paratum nobis, non Angelis regnum*, dele, *non Angelis*. Ibidem P. fol. 364. pag. 1. in medio, V. fol. 31. pag. 1. à medio, post illud, *multum à veritate distare videbitur*, dele vsque ad, *Et ponderetur (quæso)* exclus. & loco expunctorum substitue, *cum anima Christi habuerit esse diuinum*. Ibidem pagina 2. post initium, ibi, *significat Deum*, scribe, *potest significare Deum*.

Cap. 3. ve sus finem Cap. ibi, *lignum scientiæ boni & mali, quod Christus est*, scribe, *quod mysticè Christus est*.

Cap. 5. P. fol. 366. pagin. 2. à medio, V. fol. 32. pag. 2. ad finem, post illud, *eius seruus est*, dele vsque ad, *Pugnat itaque contra nos hostis*, exclus.

Cap. 6. P. fol. 367. pag. 1. à medio, V. fol. 34. pag. 1. ad finem, post illud, *sic & Angeli lucu nobis fauentes*, dele vsque ad, *luce, non modò diuina*, exclus. & pro, *luce*, scribe, *in luce*.

Cap. 8 P. fol. 368. pagina 2. sub initium, V. fol. 35. pa. 2. post medium, ibi, *quæ Dei filius est, & Dei sapientia*, scribe, *quam efficit Dei filius & Dei sapientia*. Et ibi, *cuius est abluere corporum inquinamenta, & resignare*, scribe, *cuius est abluere corporum, & animarum inquinamenta, & resignare, & efficere aquam illam*, &c. Et inferiùs ibi *sacramentum instituit, panis videlicet, & vini*, scribe, *sacramentum instituit in speciebus panis, & vini*.

TONO 4.

Ca. 8. Paris. fol. 378. pag. 2. in fine, V. fol. 46. pagin. 2. in fine, ibi, *Et non vt habent nostri mendosi codices*,) pro, *Et non*, scribe, *vel:* & dele, *mendosi*.

Et versus finem cap. post illud, *& perfecta seruitus in Christum*, dele vsque ad, *Franciscus verò*, exclus.

Cap. 9. P. fol. 380. pag. 1. initio, V. fol. 48. pag. 1. post initium, post illud, *& quia mulieres*, dele vsq; ad, *leuius iluntur*, exclus.

Cap. eodem, P. fol. 380. pag. 2. post initium, V. fol. 48. pag. 2. ante medium post illud, *Et fuit verus spiritus Samuelis*, dele vsq; ad, *vt Hebræi dicunt*, excl.

TONO 5.

Cap. 1. P. fol. 384. pag. 1. sub initiũ, V. fol. 52. pag. 1. sub initium, post illud, *quæ dicitur portio superior*, dele vsque ad, *Hinc qui diuini efficiuntur*, exclus.

Ca. 2. P. fol. 384. pag. 2. ad medium, V. fol. 52. pag. 2. ad medium, post illud, *& vnus ex vobis diabolus est*, dele vsque ad, *Bonus verò per bona opera*, exclus. Et ad finem cap. post illud, *& deducens quos tangit*, dele vsque ad, *& diuinos faciens*, exclus.

Ca. 3. P. fol. 385 pag. 1. post medium, V. fol. 53. pag. 1. à medio, post illud, *à Deo se auertit*, dele vsq; ad, *detrudendus in tenebras interiores*, exclus.

Cap. 4. eod. fol. totùm deleatur.

Cap. 5. P. fol. 385. pagin. 2. in fine, V. fol. 53 pag. 2. in fine, post illud, *qui successiuè curant hominem*, dele vsque ad, *Et vt indicet non vnum*, exclus. & dele illud, *successiuè*.

Cap. 6. sub initium, ibi, *ex materia cum infernis, & malis*, scribe, *ex materiali affectu cum infernu, & malis*. Et ibi, *est dominus carnis, & sanguinis, &*

totius hominis, lege, *est dominus totius hominis, si spiritus, &c.* Et statim post illud, *carni & sanguini adhæret*, dele vsque ad, *Sunt & qui commercium*, excluſ.

TONO 6.

Cap. 1. P. fol. 387. pag. 2. post initium, V. fol. 55. pag. 2. post initium, post illud, *In quo autem consistat hæc imago*, dele vsque ad, *dicitur, tres diuinas personas*, excluſ. Et post illud, *intellectu & voluntate*, dele vsq; ad, *ex notitioribus Theologis aliqui*, excluſ. Et inferiùs, post illud, *producens, Patrem effigiat*, dele vsque ad, *Verbum enim in nobis productum*, excluſ. & pro, *enim*, scribe, *autem*. Et paulò inferiùs, ibi, *sed adhuc expreßiorem imaginem*, dele, *expreßiorem*.

Cap. 3. P. fol. 389. pag. 2. post mediũ, V. fol. 57. pag. 2. versùs finẽ, ibi, *in sua solitaria natura*, dele, *solitaria*.

Cap. 5. initio, ibi, *Sed antequam ad hanc Vnitatem cum Deo reuertatur anima*, scribe, *Sed antequam hanc Vnionem cum Deo consequatur anima*.

Cap. 6. initio, ibi, *animam huc demiserit non tantùm*, scribe, *an mam creauerit, non tantùm*.

Cap. 8. sub initium, ibi, *quæ non est (vt aliqui asserunt,)* scribe, *quæ non est tantùm (vt aliqui asserunt.* Et ibi, *sed reuersio ad Deum*, rescribe, *sed etiam reuersio ad Deum*.

Et in medio cap. post illud, *per Veram pœnitentiam nobis appropinquabat*, dele vsque ad, *Verum igitur animæ temperamentum*, excluſ.

Cap. 9. P. fol. 394. pag. 1. à medio, V. fol. 62. in medio, post illud, *quod in baptismate factum est*, dele vsq; ad, *Alterum extrema Vnctio*, excluſ.

Cap. 12. P. fol. 395. pag. 2. initio, V. fol. 63. pag. 1. versùs finẽ, ibi, *atq; talem demum efficiens*, pro, *demum*, lege, *propè modum*.

TONO 7.

Cap. 1. sub initium, post illud, *sortem commutatam resumamus*, dele vsq; ad, *Sed cum hæc transmutatio*, excl.

Eodem cap. P. fol. 402. pag. 1. initio, V. fol. 70. pag. 1. initio, post illud, *Vermes iterum erumpunt*, dele vsq; ad, finem capitis.

Cap. 3. P. fol. 403. pag. 2. sub initium, V. fol. 71. pag. 2. initio, ibi, *Similitudinem, imaginem, atque consummatam*, dele, *imaginem*.

Cap. 5. circa medium cap. post illud, *futuros sicut Angelos Dei*, dele vsque ad, †*insuper docet nos*, excluſ.

Cap. 11. P. fol. 408. pag. 2. ad medium. V. fol. 76 pag. post medium, post illud, *hoc communi igne quo Vtimur*, dele vsq; ad finem cap.

Cap. 13. P. folio 410. pag. 1. post medium, V. fol. 78 pagin. 2. initio, post illud, *Vt protegat & defendat*, dele vsq; ad, *qui est Verum scutum, omnes sperantes*, excl.

Cap. 14. P. fol. 410. pagin. 2. post medium, V. fol. 79. pag. 1. ante medium, ibi, *Pro quo mendosa traductio*, pro *mendosa*, scribe, *Vulgata*; & post illud *fiat lux*, dele vsque ad, *rebus adhuc obscuris communicata*, excluſ. Ad finẽ capitis, post illud, *Pro quo nos habemus consumens*, dele vsque ad, *Comedit, id est, suscipit in se*, excl.

Cap. 15. P. fol. 411. pag. 2. initio, V. fol. 79 pag. 2. post medium, post illud, *pœnam eorum, qui ipsum accenderunt*, dele omnia vsque ad illud, *Vt habemus non solùm ex Verbo*, excl.

Cap. 16. P. fol. 412. pag. 1. à medio, V. fol. 79. pagin. 2. post initium, *Sicut igitur anima induta naturam corporis*, scribe, *Sicut igitur anima quodammodo induta naturam, &c.* Et ibi, *sic corpus induens naturam spiritus*, scribe, *sic corpus quodammodo induens naturam spiritus*.

Cap. 17. P. fol. 412. pag. 2. post medium,

dium, V. fol. 8. pag. 1. ante medium, totum initium cap. expungatur vsq; ad illud, *ille qui non solum mentes hominum*, exclus.

Eodem cap. P. fol. 413. pag. 1. post medium, V. fol. 81. pag. 2. ad medium, post illud, *qui contendunt ignem illum esse corporeum*, dele vsque ad, *Quem cruciantem in æternum*, exclus.

TONO 8. MODVLO 2.

Concentu 1. ante medium, concẽtus, post illud, *exarat Christiani cœtus*, dele vsq; ad, *se ipsis iam extructis in Dei*, exclus. Et paulò inferiùs, ibi, *in monte hoc aut templo*, scribe, *in monte hoc, aut Ieroſolymis.*

Concentu 3. P. fol. 424. pag. 1. initio, V. fol. 92. pag. 2. initio, post illud, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua*, dele vsque ad, *& Spiritu sancto*, exclus.

MODVLO 3.

Concentu 1. P. fol. 425. pag. 1. ante medium, V. fol. 93. pa. 2. ante medium, post illud, *consurgit palmorum numerus* 42. dele vsque ad, *occultissimo Sacramento*, exclus.

Concentu 2. P. fol. 426. pag. 1. propè med. V. fol. 94. pa. 2. in medio, post illud, *ambitus sit per centum millenaria*, dele vsque ad, *Hic etenim per centum*, exclus.

MODVLO 4.

Concentu 2. P. fol. 428. pag. 2. sub initium, V. fo. 97. pag. 1. ante medium. ibi, *quamuis mendosi textus habeant*, scribe, *pro quo Vulgata editio habet.*

MODVLO 6.

Concentu 1. P. fol. 432. pagina 2. initio, V. folio 100. pagina 2. in fine, ibi, *quamuis traductio nostra habeat, cornutam*, scribe, *traductio nostra habet, cornutam.* Et ibi, *Qui error ex similitudine Vocabuli ortus est*, scribe, *Quæ diuersitas ex similitudine Vocabuli orta est.*

Concentu 3. prope medium concentus, post illud, *Vt supra tetigimus*, dele vsque ad, *Nec spiritualis lucis diaphanum*, ex clus.

Concentu 6. ad finem, ibi, *Hur enim excitare significat, non exurgere*, pro, *non*, scribe, *&.*

MODVLO 7.

Concentu 3. P. fol. 437. pag. 2. versus finem, V. fol. 106. pag. 1. post med. post illud, *super omnes choros Angelorum*, dele vsq; ad, *Sed ad quid in illo tribunali*, exclus.

MODVLO 8.

Concentu 2. P. fol. 438. pag. 2. ad finem, V. fol. 107. pag. 1. ad finem, post illud, *eorum regimini designatos*, dele vsq; ad, *Et cum hæc inferior Dei familia*, exclus.

MODVLO 10.

Concentu 4. P. fol. 446. pag. 2. ad medium, V. fol. 114. pag. 1. sub initium, ibi, *Nam si accepisset Adam de foliis eius* scribe, *Adam de mysticis foliis eius.*

MODVLO 11.

Concentu 4. P. fol. 448. pagina 2. post medium, V. fol. 116. pag. 2. in fine, ibi, *Sic dæmoniaca corpora*, scribe, *sic dæmones.*

MODVLO 12.

Concentu 1. post initium Concentus, post illud, *sed à Spiritu Sancto dictata*, dele vsque ad, *Verùm quia concẽtus illorum*, exclus.

IN PARAPHRASI
Epithalamij in Sponsum.

Litera l. P. fol. 451. pag. 2. in medio, V. fol. 119. pag. 2. ante medium, post illud, *Deus plantauerat omnigenis arboribus*, dele vsq; ad, *Quærendus est igitur*, exclus.

MODVLO 13.

Concentu 2. P. fol. 454. pag. 2. initio, V. fol. 122. pag. 2. à med. ibi, *de morte, id est, angelo mortis*, pro, *id est*, scribe, *& de.*

MODVLO 18.

Concentu 1. versus finem Concentus, post illud, *transmutationem in meliorem sortem*, dele vsque ad, *sicut multi alij, quorum corpora*, excl. & pro, *alij*, scribe, *illi*. Et ibi, *vel per demigrationem à corpore*, scribe, *vel per demigrationem à corporeis sensibus*.

Concentu 3. P. fol. 464. pag. 2. in medio, V. fol. 133 pag. 1. ante medium, ibi, *Nouitiores enim Theologi*, dele, *Nouitiores enim*.

EX INDICE QVI OPERIS initio præfigitur, dele sequentia.

Angelos habere corpora.
Anima bibit de gurgite, &c.
Anima ignis tormentum, &c.
Anima non tristatur, &c.
Animas nostras in sphæru, &c.
Annis septingentis sexdecim, &c.

Arachia non firmamentum] dele, *non*. Deinde ibi, *sed globus & massa*, pro, *sed*, lege, *&*.

Arbor vitæ Hebraïcè, &c. *Et non vitæ*,] dele, *& non vitæ*.

Auis supra faciem cælorum producta, & non sub cælo.] dele, *non*.

Carne, & corpore suscitabimur,] dele, quæ post hæc sequuntur in §.

Christiani omnes facti Esauani, &c.

Christiani omnes sacerdotes.] adde, *spirituales*, vt etiam sequēti versu.

Christiani temporis nostri, &c.
Christianis solum nomen, &c.
Christianos jam Christus, &c.

Christus electos fecit sacerdotes, & reges, adde, *spiritualiter*.

Christus neminem baptizauit, &c.
Cælos qui dubitant, &c.

Completi sunt cæli, & omnis exercitus eorum, & non,] pro, *& non*, scribe, *vel*.

Concionator Christus, &c. semper traxit,] pro, *semper*, scribe, *frequenter*. Et ibi, *& non terrendo*, pro, *& non*, lege, *interdum*.

Coruus egrediens, &c. & non vt habet,] pro, *& non*, scribe, *vel*.

Dæmones sunt animalia, &c.
Dæmonia corpora, &c.
Dæmoniaca corpora, &c.
Deus accersiuit, &c.

Deus ignis comedens est, & non consumens, &c.] pro, *& non*, scribe, *vel*. Et *ibidem*, vt habet mendosa,] pro, *mendosa*, scribe, *vulgata*.

Diabolus, malus dæmō, &c.] post vocem, *Asmodæus*, dele quæ sequuntur in §.

Digami quidem, &c. post illud, *Romano dispensati*, dele vsque ad finem, §.

Dominium calcandi super serpentes, &c.

Dominus carnis, & sanguinis, & hominis,] dele, *carnis & sanguinis*, &c.

Dominus tamen non, &c.
Ecclesia potius consuetudine, &c.
Ecclesia non potest esse, &c.

Elementa omnia in cælis, & angelis, & Deo reperiri,] adde, *metaphoricè*.

Et ipsum cōteret, &c. & non ipsa, vt mendosè habet,] pro, *& non*, scribe, *vel*, & pro, *mendosè*, lege, *rectè*.

Ezob Hebraïcè, &c. & non hissopus.] pro, *& non*, scribe, *vel*.

Fiat lux.] dele sequentia in §.

Fidem solam sufficere, &c.
Fidem ad interiorem hominem, &c.
Fidem non posse subsistere, &c.
Fides secum vniuersam, &c.

Firmamentum non legendum.] dele, *non*, & ibidem, *sed extensum*, pro, *sed*, scribe, *Hebraicè*.

Homo non renascitur, &c.
Homo aliquando identitatem, &c.
Homo à dæmone possidetur, &c.

In die qua creauit, &c. & non vt habet.] pro, *& non*, scribe, *vel*.

Iob vir sanctus, &c.
Iustificari per opera, &c.
Lusos vnde, &c.

Marur

Matur apud Hebræos, &c. & non lactucas.] pro, *& non*, lege, *vel.*

Minuisti eum aliquantulum, &c. & non ab Angelis.] pro, *& non*, scribe, *vel.*

Mõtes exultauerũt, legendum saltauerunt.] pro, *legendum*, scribe, *vel.*

Nataph malè traductum, &c. pro, *malè*, scribe, *benè.*

Natura sensibilis, dæmoniaca.] dele, *dæmoniaca.*

Nonnulli inter Christianos, &c. instructi nascuntur.] corrige, *instructos nascuntur.*

Opera sine fide nihil conferre ad salutem.] dele sequentia in §.

Orphanim, id est, conti, &c. & nõ rotæ, &c.] pro, *& non*, scribe, *vel.*

Paradisus antequam cælum, &c.

Peccatarium, id est oblatio, &c. & sic legendum apud. [pro, *legendum*, scribe, *exponi potest.*

Personæ diuinæ anili doctrina, dicuntur.] dele, *anili doctrina.*

Pœnitentia non est pœnæ tenentia, adde, *tantùm.*

Põtifices Petri successores quãdo, &c.

Pontifices, & Sacerdotes, Petri, &c.

Populus rudis, & turba, &c. Archidiaconi, Decani, &c.] dele, *Archidiaconi, Decani.*

Porat verbum Hebræum nõ est.] dele, *non.*

Purgatorio altero expurgantur, &c. dele, *altero.*

Purgatorio altero anima, &c.

Purgatorium duplex.

Qui non nouit peccatum, &c. & non peccatum legendum, vt mendosi, &c.] pro, *& non*, scribe, *vel.* & pro, *mendosi*, lege, *vulgati.*

Roma scelerum omnium, &c.

Sacerdotes nostra tempestate, &c.

Sacerdotes nostri sæculi, &c.

Sacerdotibus Christianis cur, &c.

Sacræ literæ vbi habent, &c. legendum rosmarinus.] pro, *legendum*, scribe, *exponi potest.*

Sahasuah interpretatũ, &c. priùs licentiosiùs interpretatum, &c. dele, *licentiosiùs.*

Salus non ex operibus legis, neque ex aliis bonis, &c.] dele, *neque ex alijs bonis.*

Scriptura numquam incongruè loquitur.] dele sequentia in §.

Spiritus corporeus est.

Spiritus sãctus magis domesticus, &c.

Spiritus Dei magis hominibus, &c.

Spiritus corpus quale.

Spiritus sanctus magis habitat, &c.

Successores Petri quando, &c.

Super faciem firmamenti, & non sub, &c.] pro, *& non*, lege, *vel potiùs.*

Super hanc petram ædificabo, &c.

Textus Hebræus, &c. & non ludens.] pro, *& non*, scribe, *vel.*

Textus in Genesi, &c. Hebraicè non Orientem, sed principium, &c.] pro, *non*, lege, *&*, & pro, *sed*, lege, *&.*

Traductio nostra mendosa hic, &c.

Traductio nostra sacrarum, &c.

Tunc cœptum est, &c. pro quo mendosè habetur,] pro, *mendosè*, scribe, *rectè.* *&c.*

Vniuersale aut simplex est prima,

Ziputim aues significat generatim, & non passeres, &c.] dele, *non.*

ITEM IN SACRAM SCRIPTVRAM Problemata.

EX Opere Problematum in Sacram Scripturam, ejusdem Francisci Georgij Veneti, Parisiis apud Michaelem Somnium, anno 1574.

EX INDICE DELE,

Dæmones corporei, &c.

Paradisus terrestris, &c.

INITIO OPERIS adscribe.

Adeo abundat hoc opus Platonicorum, & Cabbalistarum placitis vt vix in hoc genere quæ expurgatione digna viderentur, potuerint obseruari: propterea cautè vbique legendum.

TOMO 1. *SECTIONE* 1.

Probl. 4. ad finem Problematis, ibi, *Sed propria interpretatio*, pro, *propria*, scribe, *alia*.

Probl. 5. initio, Probl. post illud, *ferebatur super aquas?* dele vsque ad, illud, *Sed cum* מְרַחֶפֶת *merachephet habeamus*, exclus.

Probl. 7. ad finem, post illud, *luna noctis dominatrix?* dele vsq; ad finem problematis.

Problem. 8. ante medium, ibi, *arbitraria videtur hæc*, pro, *arbitraria*, scribe, *non tam probabilis*.

Probl. 9. ad finem, ibi, *& de natura mali*, pro, *mali*, scribe, *imperfecti*.

Probl. 10. in medio, ibi, *quod non propriè firmamentum*, dele, *non*. Et ibi, *sed expansum*, pro, *sed*, scribe, *&*.

Probl. 12. ad finem, post illud, *omnia gratuita mortalibus*, dele vsque ad, *condonanda*, excl. Et in fine, ibi, *naturalium donorum*, dele, *naturalium*.

probl. 18. in medio, post illud, *vt de illis*, dele totam parenthesim, vsque ad *Propheta canit*, exclus. Et ibi, *vnde non à corporibus*, dele, *non*. Et statim, ibi, *sed ab intelligentijs*, pro, *sed*, scribe, *&*.

Probl. 24. ante medium, post illud, *Leuiatan vocatur*, dele vsque ad, *illud Prophetæ*, exclus.

probl. 25. initio, post illud, *in hoc fæculento mundo?* dele vsque ad, *Ioannes innuere videtur*, exclus.

problemata 26. 27. 29. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. tota deleãtur.

Probl. 41. ad finem, ibi, *animalia dæmoniaca, serpens*, dele, *dæmoniaca*.

problem. 42. in medio, post illud, *sit debilioris virtutis*, dele vsque ad, *tum etiam quia deest ei illa vera Dei imago*, exclus. Et pro, *illa vera Dei imago*, scribe, *illa perfectior ratio imaginis Dei*. Et ibi, *quòd eadem est imago vtriusque*, scribe, *quòd eadem est ratio imaginis vtriusque*.

probl. 44. initio, post illud, *gustauit arborem? An*, dele parenthesim, vsque ad, *Comedit de arbore*, exclus. Et ibi, *Vnde, vt ipsi dicunt, diabolus*, dele, *vt ipsi dicunt*. Et paulò infrà, post illud, *terrorem Deus, id dixit*, dele vsq; ad finem problematis.

probl. 45. totum expungatur.

probl. 47. initio, post illud, *An hinc concluditur*, dele parenthesim, vsque ad, *hortum illum*, exclus.

probl. 54. ad medium, post illud, *cujus semen est manifestum*, dele omnia vsque ad finem probl.

probl. 55. initio, ibi, *Ex falsa traductione*, dele, *falsa*.

problem. 56. sub initium, ibi, *Sed melius, vt Ra. Salomon.* pro, *melius*, scribe, *aliter*.

problema 59. totum expungatur.

probl 60. initio, post illud, *de vitæ ligno comederent?* dele vsque ad, *an quia non erant*, exclus.

probl. 61. initio, ibi, *An è loco supra mundano*, addita vocula, scribe, *an etiam è loco, &c.*

probl. 62. totum expungatur.

SECTIONE 2.

Probl. 74. initio, post illud, *filij Seth, qui*, dele parenthesim vsque ad, *accesserunt ad filias*, excl. Et ibi, *vt a'ij magis ridiculosè*, dele, *magis*, & in fine, post illud, *è latere sinistro*, dele vsq; ad finem problematis.

probl. 75. ad finem, post illud, *fuisse Gigantes in terra*, dele vsque ad finem

finem problematis.

Problem.80. sub initium, post illud, *Vel in hortum deliciarum*, dele vsq; ad, *An hoc fuit*, exclus.

Problem.92. post initium, ibi, (*Vt habet mendosa editio,*) dele, *mendosa*, & scribe, *Vulgata.*

Problem.101. initio, post illud, *indicare videtur?* dele vsque ad, *an igitur ebrius fuit*, exclus. Et dele, *igitur.*

Problem.106. sub initium, post illud, *quod valde ridiculum est*, dele vsq; ad, *An igitur* (*vt veri*, exclus. & dele, *igitur.*

SECTIONE 3.

Problem. 107. ibi, *quod indicant verba veri textus*, dele, *veri.*

problem.108. ad finem ibi, *cui decreto Christus quoq; subiacuit, qui primos annos* dele voces illas, *cui, decreto, subiacuit, qui.*

problem.113. dele totum.

Probl.124. initio, post illud, *Vt aliqui opinantur*, dele vsq; ad finē probl.

probl.126. ibi, *Nec enim anima conuenienter expurgatur aqua corporea, & elementari*, addita ocula, scribe, *aqua purè corporea, &c.*

Probl.130. post illud, *peccatoris, & menstruatæ*, dele vsque ad, *aqua illa, de qua dicitur, &c.* exclus.

Probl.133. post illud, *post resurrexionem*, dele vsq; ad, *an*, (*vt ad figuratum*, excluſiuè.

Problem.134. post illud, *semper est in faustis*, dele vsq; ad finem problem.

probl.137. sub initium, post illud, (*vt allegoriam conscendamus*, dele vsq; ad, *explorauerat pater*, exclus.

Problem.144. initio, ibi, *hæc per allegoriam scripta sunt?* adde vocula, *hæc per allegoriam etiam scripta sunt?*

Problem. 175. initio, post illud, *erga filios suos fecerunt*, dele vsque ad, *an quia debebat*, excl.

Problem.177. totum deleatur.

Problem.183. initio, post illud, *esse puteos ab Rahac?* dele vsque ad, *an quia robustiores*, exclus.

problem. 186. post initium, post illud, *effectus fuerit Rahac?* dele vsque ad, *An igitur, quia vt*, exclus.

Problem.187. sub initium, post illud, *ob ingraueſcentem ætatem?* dele vsque ad, *An igitur cæcus erat*, exclus. Et dele, *igitur.*

problem.189. sub initium, ibi, *Pro quo mendosa editio habet*, pro, *mendosa*, scribe, *Vulgata.*

probl.195. initio, post illud, *iuxta literam intelligendum est*, dele vsq; ad, *An vt innuatur*, exclus.

problem.196. ad finem, post illud, *dæmoniaci sunt*, dele vsque ad, *Imo filij diaboli*, exclus. Et pro, *Imò*, scribe, *id est.*

problem.212. initio, post illud, *ancillis commiscuit?* dele vsque ad, *An id factum fuit*, exclus.

problem.215. post illa verba, *Partui inimicatur*, dele vsq; ad, *lilia exponere*, exclus. Et vbi legitur, *exponere debuissent*, lege, *exponere potuissent.* Et inferiùs, vbi legitur, *eiusmodi quoque error*, lege, *eiusmodi quoque vox.* Et post, *dederunt odorem*, dele vsq; ad, *lilia itaque* exclus,

probl.217. vbi legitur, *Quod minimè de mandragoris*, dele vocem, *minimè.* Et in fine post illa verba, *dementiam inducit*, dele vsque ad finem problem.

problem.232. initio, post illud, *An fuit ipse Deus Vnicus?* dele vsque ad, *An igitur* (*vt sapientes* excl. Et dele, *igitur.*

problem.233. totum deleatur.

problem.234. post illud, *& iubilarent omnes filij Dei*, dele vsque ad finē problem.

problem.243. initio, post illud, *Vt*

in Geneſi dicitur, dele vſque ad, *An igitur quia impediuit*, excluſ. Et dele, *igitur*.

SECTIONE 4.

Problem. 252. initio, ibi, *Vt aliqui inſulſe opinantur*, dele, *inſulſe*. Et inferiùs, poſt illud, *Admodum diſplicuit*, dele vſque ad, *detulit malam famam*, & loco expunctorum, ſubſtitue, *Hebraicè*.

probl. 256. ad finem, poſt illud, *opportunum Viderat*, dele vſq; ad finem problem.

problem. 265. totum deleatur.

Problem. 266. ante medium, ibi, *Et hoc per commixtionem*, pro, *commixtionem*, ſcribe, *Vnionem*.

problem. 267. poſt initium, poſt illud, *& geminos habuit*, dele vſque ad *ſic etiam Iudæ contingit*, excluſ. Et inferiùs, poſt illud, *intendebat fornicari*, dele parentheſim vſque ad, *hinc ad expurgandum*, excluſ.

Probl. 268. poſt illud, *in Ægyptum deſcenderunt*, dele omnia vſque ad illud, *Propterea ſcriptum eſt*, excluſ.

problem. 272, initio, ibi, *Sed nonne Veritas litera habet*, ſcribe, *Sed nonne Hebræa litera habet*. Et ibi, *quod reuelatorem* ſcribe, *quod etiam reuelatorem*.

Probl. 284. initio, poſt illud, *dixit filijs ſuis:* Congregamini, dele vſq; ad, תאספו *heaſphu*, excluſ.

Problem. 285. ibi, *Nec enim Ruben prior in donis*, dele, *Nec enim*: & poſt illud, *in donis dicitur*, dele vſque ad, *ſed reſiduum doni*: Et hoc ita ſcribe, *Et Hebraicè, reſiduum doni*.

Problem. 290. in fine, poſt illud, *aſinus dicitur*, dele vſque ad, *Verberibus trahendum eſt*, excluſ.

Problem. 304. ad finem, poſt illud, *in ſacrificio Veſpertino*, dele vſque ad finem problem.

Problem. 310. verſus finem, ibi, *propriam cæleſtis influxus portionem*, dele, *cæleſtis influxus*.

SECTIONE 5.

Problem. 311. ſub initium, poſt illud, *ſuſceptum Moſem intelligamus?* dele vſq; ad, *Moſes tamen per quandã*, excluſ.

Problem. 314. initio, poſt illud, *Vt habet communis editio*, dele vſque ad, *an igitur Vltra deſertum*, & dele, *igitur*; & in fine poſt illud, *poſtea ſuſcepit*, dele vſque ad finem probl.

Problem. 317. verſus finem, poſt illud, *& ab iſtis*, dele parentheſim, vſq; ad, *omnia concluduntur*, excluſ.

Problem. 318. ad finem, poſt illud, *Aſſer medium Patrem*, dele vſque ad finem problem.

Problem. 335. totum expungatur.

problem. 338. poſt illud, *contra decem præcepta*, dele vſque ad, *Sicut enim denario*, excluſ.

SECTIONE 6.

problem. 346. ante med. poſt illud, *duodecim fontium ſupernorum*, dele vſque ad, *Qui fontes*, excl. Et poſt illud, *ſupremo omnium fonte*, dele vſque ad finem problem.

problem. 363. initio, poſt illud, *cum Moſe excuſantis*, dele vſque ad, *An alia ſimili ratione*, excluſ.

probl. 371. ibi, *facies eſſentiæ, quam nudam*, pro, *nudam*, lege, *infinitè*.

probl. 374. initio, poſt illud, *Vt in textu dicitur*, dele vſque ad, *euenit, quia* excluſ.

Et in fine, poſt illud, *abſque oculorum læſione*, dele vſque ad finem probl.

probl. 380. ibi, *An per allegoriam*, ſcribe, *An etiam per allegoriam*.

Problem. 398. ſub initium, poſt illud, *literam intelligendum eſt*, dele vſq; ad, *An igitur ex Vertice*, excluſ. Et pro *igitur*, ſcribe, *etiam*. Et parũ à medio, poſt illud, *in percuſſione petræ*, dele vſque ad finem problem.

problem. 400. ſub initium, poſt illud, *Sepultus autem fuit*, dele vſque ad, *in 13 Gai. cuius verbi* excluſ. Et ad finem, *quibus tranſmutatum fuit*, ſcribe,

tranſ

quibus transmutabitur.

Problem. 401. totum deleatur.

SECTIONE 7.

Probl. 402. ad finem, ibi, *quadraginta diebus præparatur*, pro, *præparatur*, scribe, *apparet.*

Probl. 410. totum deleatur vsque ad finem.

Probl. 414. initio, post illud, *reges regnarunt*, dele vsq; ad, *Reguli erant*, & dele post, *Reguli erant*, omnia vsque ad, *An igitur sunt triginta*, excl. Et pro, *igitur*, scribe, *etiam.*

Probl. 417. ibi, *An igitur de superiori*, pro, *igitur*, scribe, *etiam.*

SECTIONE 8.

Probl. 423. ad finem, ibi, *Se non tantum obcæcari*, pro *obcæcari*, lege, *deficici.*

Probl. 424. ad finem, ibi, *problema proposuit, dicens*, dele, *problema.*

Probl. 425. ad finem post illud, *in genere proprio*, dele vsq; ad finem problem.

Probl. 431. ibi, *Pro quo mendosa editio*, pro *mendosa*, scribe, *vulgata.* Et ibi, *maxilla interpretari debeat*, pro, *debeat*, lege, *possit.*

Pag. 434. sub initium, post illud, *abyci solent?* dele vsque ad, *An igitur de melioribus*, exclus. Et pro, *igitur*, rescribe, *etiam.*

Probl. 439. initio, post illud, *regni æmulatione?* dele vsq; ad, *An quia ipsi præfigurarunt*, exclus.

Probl. 443. sub initiū, post illud, *corporea est?* dele vsque ad, *An igitur captus erat*, excl. Et pro, *igitur*, scribe, *etiam.* Et ad finem post illud, *sine lucerna sacerdotali*, dele vsque ad finem problematis.

Probl. 459. ad medium, ibi, *An excitauit spiritum vel vmbram Samuelis.* dele, *spiritum vel:* & post vocem, *Samuelis*, dele vsq; ad, *quod ab hujusmodi*, exclus.

SECTIONE 9.

Probl. 464. sub initium, post illud, *vel amygdalarum?* dele vsq; ad, *An igitur vnctione*, exc. Et pro, *igitur*, scribe, *etiam.*

Probl. 474. 475. & 476. deleantur omnia.

Probl. 479. sub initium, post illud, *in meram derisionem*, dele vsq; ad, *An igitur ille*, excl. Et pro, *igitur*, scribe, *etiam.*

Probl. 483. deleatur totum.

Probl. 486. ad medium, post illud, *in tertio Regum volumine*, dele vsque ad finem problematis.

Probl. 487. totum deleatur.

Probl. 488. versus finem, ibi, *Nec enim est sermo de Sina*, addita vocula, scribe, *Nec enim tantùm est sermo*, &c. Et post illud, *Ierosolyma materiali*, dele vsque ad, *sed de supernis locis*, exclus.

Probl. 693. à medio, post illud, *vt nonnulli dicunt*, dele vsque ad finem problem.

Probl. 496. ibi, *vt tandem ea perficiens*, pro, *perficiens*, scribe, *permittens.*

Probl. 498. totum expungatur.

TOMO 2. SECTIONE 1.

Problem. 8. in medio, ibi, *Quibus etiam corporis viribus*, dele, *corporis.*

Probl. 16. initio, post illud, *legem tradidit?* dele vsque ad, *An quia homo primò*, excl.

Probl. 23. initio, ibi, *decreto cælorum factum*, pro, *cælorum*, scribe, *Dei.*

Probl. 24. totum deleatur.

Proble. 2. sub initium, post illud, *Hinc ab omnibus suscipienda*, dele vsq; ad finem probl.

Problem. 28. ibi, *ne comederetur, est Christus*, addita vocula, scribe, *ne comederetur, allegoricè est Christus.*

Probl. 30. totum deleatur.

Probl. 33. initio, post illud, *circuncidi arbores*, dele vsque ad, *habetur*, exclus. Et loco expunctorum, repone, *Hebraicè.*

SECTIONE 2.

Problema 52. totum deleatur.

Problem. 7. post illud, *sæpius comprobatum est*, dele vsque ad finem problem.

Probl. 76. & 77. tota deleantur.

Problem. 80. ad finem, post illud, *valde oblectantur*, dele vsque ad finem probl.

Problem. 83. post illud, *lucis ad tenebras*, dele omnia vsq; ad finem probl.

Problem. 84. à medio, ibi, *in Sehir loco dæmoniaco*, dele *dæmoniaco*.

Problem. 95. in medio, post illud, *sacerdotij sempiternum*, dele vsque ad, *Non quippe effusio*, exclus.

Problem. 96. 97. 98. tota deleãtur.

SECTIONE 3.

Problem. 104. ad finem, post illud, *& primum mobile?* dele vsq; ad finem problem.

Problem. 132. sub initium ibi, *Nam vt Plato magno sacramento differit,*) dele, *magno sacramento*.

Probl. 135. à medio, post illud, *Missus fuit ad Apostolos*, dele vsque ad finem probl.

Problem. 136. à medio, post illud, *proponebantur hi panes?* dele vsque ad, *An in signum*, exclus.

Probl. 141. versus finem, post illud, *illud autem Ad ne.* dele vsq; ad finem, problem.

Problem. 143. versus finem, post illud, *& fœminam creauit eos*, dele vsq; ad finem problem.

Problem. 144. versus finem, post illud, *ciuitatis innuere videtur*, dele vsque ad finem problem.

Probl. 149. initio, post illud, *Lapidibus ornari voluit*, dele vsque ad, *sed nos, quibus* exclus.

Probl. 152. in fine, post illud, *expressit nominibus*, dele vsque ad finem problem.

Problem. 153. ad finem, post illud, *duodecim fontibus*, dele vsque ad, *Et hoc in figura & virtute*, exclus.

Probl. 154. in fine, ibi, *Non Dei, sed diaboli*, pro, *sed diaboli*, scribe, *digni*.

SECTIONE 4.

Problem. 157. ad finem, post illud, *cunctis generationibus*, dele vsque ad finem probl.

Problem. 162. ad medium, post illud, *vniretur cum sacerdote*, dele vsque ad, *Quod à Sacerdote penitus*, exclus.

problem. 163. a medio, post illud, *suam propriam præparauit*, dele vsque ad finem probl.

problem. 166. totum expungatur.

probl. 167. initio, *Christiani omnes sint sacerdotes*, addita, vocula, scribe, *Christiani omnes spiritualiter sint sacerdotes*.

proble. 183. post medium, ibi, *Virtutibus cœlestibus, quæ aliquo sensu vigent*, dele, *aliquo sensu vigent*.

problem. 189. in medio, post illud, *ab eo denominatum*, dele vsque ad, *Diuersaque in huiusmodi*, exclus.

problem. 196. initio, post illud, *vel voto coactus*, dele omnia vsque ad, *Sed cur laudatur votum*, exclus.

problem. 199. totum deleatur.

probl. 207. sub initium, post illud, *mulier autem*, dele vsque ad, *Viri imago est*, exclus.

problem. 210. post illud, *dictum est, fiebat*, dele vsque ad, *sacrificium verò matutinum*, exclus. Et loco expunctorum substitue, *ad placandum tribunal iustitiæ*.

probl. 212. post initium, post illud, *in defensionem pedum*, dele omnia vsq; ad, *Et hoc quousque*, exclus.

problem. 215. sub initium, post illud, *ad satisfaciendum pro peccato*, dele vsq; ad, *Vnde docemur*, exclus.

problem. 216. prope medium, ibi, *panem sapere aliquam diuinitatem*, pro, *sapere*, scribe, *indicare*.

SECTIONE 5.

probl. 226. sub initium, ibi, *non e-*

rat

trat in potestate ipsorum promulgatorum seruare legem, addita vocula, scribe, *promulgatorum sine diuino auxilio seruare legem.*

Probl. 229. à medio, ibi, *quam perfectam in se habent*, adde, *quam Vtcumque perfectam in &c.*

problem. 231. sub initium, post illud, *transgredientibus legem*, dele vsq; ad, *An cum effectu*, excl. Et à medio, post vocem Hebraicam, *beracah*, dele vsque ad, *Habent & illi*, exclus.

probl. 235. ante medium, post illud, *bonis priuati*, dele vsque ad, *An*, (*Vt secretiora tangamus*,) exclusiuè.

probl. 242. à medio, ibi, *ficus autem sacramentalis*, pro, *sacramentalis*, scribe, *mystica.*

probl. 245. ibi, *sed juxta Veritatem literæ*, scribe, *juxta Hebraum*, & dele, *sed.*

probl. 247. ad finem, post illud, *loci edocto*, dele vsque ad finem probl.

probl. 248. sub initium, post illud, *mendicare cogeretur?* dele vsque ad finem probl.

problemata 252. 253 254. 255. tota deleatur vsque ad finem.

probl. 259. in fine, ibi, *miserias nostras fœtentes*, dele, *fœtentes.*

SECTIONE 6.

Probl. 268. expungatur totum vsq; ad finem.

probl. 269. initio, ibi, (*Vt aliqui exponunt*,) scribe, (*Vt aliqui malè exponunt.*

probl. 272. sub initium, post illud, *Lateranensis Ecclesiæ*, dele vsque ad, *Nam Deus, qui*, excl.

probl. 277. sub initium, ibi, *diuinatrix, ex natura solis Vt aiunt*, dele, *ex natura solis.*

probl. 288. post illud, *aliquando cessaretur*, dele vsque ad, *An ne cogeretur*, exclus.

probl. 290. prope medium, post illud, *expresse legimus*,) dele vsque ad, *Quod autem ministri*, exclus.

Probl. 291. ad finem, post illud, *oblatione contenti*, dele vsq; ad finem problematis.

probl. 302. initio, post illud, *pasca comminueretur?* dele vsque ad, *An in figuram*, exclus.

problemata 309. & 310. tota expungantur vsque ad finem.

probl. 315. & 316. tota deleantur vsque in finem.

SECTIONE 7.

Probl. 343. versùs finem, post illud, *comedi prohibentur*, dele vsq; ad, *Vnde discere possumus*, exclus.

probl. 354. ad finem, post illud, *immundi spiritus*, dele vsque ad, *& ab illis immundaretur*, exclus.

probl. 359. ibi, *mulier non Dei, sed Viri*, dele, *non Dei, sed.*

probl. 360. ad finem, post illud, *Dauid in errorem*, dele vsque ad, *ideo punitus*, exclus. Et mox post illud, *Et non Dauid*, dele vsque ad finem probl.

probl. 373. prope medium, post illud, *ad multiplicandum Videlicet?* dele vsque ad, *Sine quo adiutorio*, exclus.

probl. 374. in medio, post illud, *tamquam dimidium sui*, dele vsque ad, *An quia coniunctio*, exclus. Et mox post illud, *homo non separet*, dele vsque ad, *An quia sicut*, exclus.

probl. 381. 382. & 383. tota deleantur vsque ad finem.

probl. 390. post illud, *coniunctionem significat*, dele vsque ad, *& ideo in tota*, exclus.

probl. 393. ad finem, post illud, *iniuriam Vterque facit cœlo*, dele vsque ad, *ordinemq; naturæ*, exclus.

probl. 408. ante mediũ, post illud, *mentibus bonis dispositis*, dele vsque ad finem problem.

probl. 409. initio, ibi, *Est ne perjurus & mendax*, dele, *perjurus, &.*

problem. 417. ad finem, post illud,

solum in triplo, dele vsque ad finem probl.

Problem. 416. ante medium, ibi, *quia sol est fautor & tutela Israelitici populi*, scribe, *quia sol indicat fauorem & tutelam Israelitici populi.*

Problem 426. ad finem, post illud, *& omnia munda sunt vobis*, dele vsque ad finem problem.

Problem 428. sub initium, post illud, *quamuis casu id fecissent*, dele vsq; ad finem problem.

Problem 430. ad finem, ibi, *causatum non ab homine*, dele, *non*, & ibi, *sed à diabolo*, lege, *& à diabolo*: & post illud, *occultè procuratum*, dele vsque ad finem Problem.

Problem 442. versus finem, post illud, *nullatenus pertinet?* dele vsque ad finem problem.

SECTIONE 8.

Probl. 443. initio, ibi, *ipsa arbor est lex*, scribe, *ipsa arbor allegoricè est lex.*

Probl. 445. sub initium, ibi, *Sed si arbor illa est lex*, rescribe, *Sed si arbor illa allegoricè est lex.*

Problem. 446. post illud, *in me tantum modo*, dele vsque ad finem probl.

Problem. 447. sub initium, post illud, *beneficijs donati fuerant*, dele vsq; ad finem problem.

Problem. 450. dele totum.

Problem. 459. post initium, ibi, *An igitur (vt ipsi*, scribe, *An etiam (vt ipsi, &c.*

Problem. 460. sub initium, post illud, *vt Aristoteles scribit*, dele vsque ad, *An quia representant*, exclus.

Problem. 465. in fine, ibi, *non debet excedere*, scribe, *non solet excedere*, & post vocem, *numerum*, dele vsque ad finem problem.

Probl. 466. dele totum.

Problem 479. à medio, ibi, *Quamuis mendosa editio habeat*, scribe, *Vulgata editio habet.*

Problem. 480. ibi, *habetur in vera te litera*, rescribe, *Habetur Hebraicè.*

Probl. 488. ad finem, post illud, *in dextera eius ignea lex*, dele vsque ad finem problem.

TOMO 3. SECTIONE 1.

Probl. 1. ante medium. ibi, *quia videbant visione, vt aiunt intuitiua*, dele, *visione, vt aiunt intuitiua.*

Problem. 9. versus finem, post illud, *vocant speculum lucens*, dele vsque ad, *Et adhunc gradum*, exclus.

Problem. 12. sub initium, ibi, *An igitur oleum*, pro, *igitur*, scribe, *etiam.*

Probl. 18. ad finem ibi, *An quia non semper Spiritus sanctus*, pro, *sanctus*, lege, *prophetæ.*

Probl. 22. sub initium post, *nec vituperemur*, dele vsq; ad, *An quia erat*, exclus.

Problem. 27. sub initium, post illud, *non admittitur ab omnibus?* dele vsque ad, *An diuina dispositione*, excl.

SECTIONE 2.

Problem. 31. in fine, ibi, *in solitaria sua natura*, dele, *solitaria.*

Problem. 33. sub initium, ibi, *penitus in solitaria sua natura*, dele, *solitaria.*

Problem. 37. in medio, ibi, *Hic autem veritas literæ non habet, super occasum, sed super*, dele omnia & rescribe, *Hic autem Hebraicè habetur super, &c.*

Problem. 40. totum expungatur.

Problem 84. post initium, ibi, *An (vt reor verius,)* scribe, *An allegoricè*, &c. Et inferiùs, ibi, *Quamuis communis traductio insulsè habeat*, dele, *insulsè.* Et ibi, *accipi necesse censeo*, rescribe, *accipi posse censeo.*

Problem. 49. & 50. expungantur tota.

Problem. 56. à medio, post illud, *Corporeo, sed gradibus*, dele vsque ad finem problem.

Problem. 57. in medio, post illud, *haurimus vitam à Deo*, dele vsque ad finem problem.

problem. 59. ante medium, ibi,

Qua

Quæ Vinea idem est, scribe, *Quæ vinea mysticè idem est, &c.*

Problem. 60. initio, ibi, *Si totum collegium bonorum*, pro, *bonorum*, lege, *fidelium.*

Probl. 61. ad finem, post illa verba, *in ipso Vita erat*, dele vsque ad finem problem.

SECTIONE 3.

Problem. 70. post medium, ibi, *id est, iustos qui seruant Dei imaginem*, pro, *imaginem*, scribe, *similitudinem.* Et ibi, *stante peccato*, scribe, *ratione peccati.*

Problem. 74. sub initium, post illud, *omnis Vitæ idem sunt*, dele vsque ad, *ipsum potuit legisse*, exclus.

Problem. 79. ad medium, ibi, *pro quo mendosa traductio habet*, scribe, *pro quo antè mendosè legebatur.*

Probl. 81. à medio, ibi, *An quia inuitus iudicat*, lege, *An quia quasi inuitus, &c.* Et ibi, *tamen coactus trahitur*, dele, *coactus.*

Problem. 88. ad finem, ibi, *quam hæreditario iure*, scribe, *quam Dei munere.*

Problem. 93. ad finem, post illud, *quarto Verò nequaquam*, dele vsque ad, *Quamuis si peccator*, exclus.

Problem. 101. à medio, post illud, *bonum & malum?* dele vsque ad, *Hinc iussit ibi ædificari*, exclus.

Pag. 103. ibi, *rapaces & dæmoniacæ*, dele, *& dæmoniacæ.* Et ibi, *malis & dæmoniacis*, dele, *& dæmoniacis.*

Problem. 105. initio post illud, *electione particulari?* dele vsque ad, *An quia tenet*, exclus.

Problem. 106. ad finem, post illud, *amplexarentur à dextra*, dele vsque ad finem problem.

Problem. 113. ad medium post illud, *sed generali*, dele vsque ad, *Isti Verò sunt Angeli*, exclus.

Problem. 121. initio, post illud, *quatuor cardinum*, dele vsque ad, *Hinc ipsemet laudat*, excluſiuè.

SECTIONE 4.

Problem. 165. ad medium post illud, *cuiuscumque religionis*, dele vsque ad finem problem.

Probl. 179. post medium, ibi, *Vt habet veritas litera: non autem decem millibus*, scribe, *Vt Hebraicè habetur, Vel decem millibus, &c.*

SECTIONE 5.

Problem. 184. ad medium, post illud, *reliquit me solum?* dele vsque ad, *An derelictus fuit*, exclus.

Problem. 185. ad finem, ibi, *humanæ timiditati*, scribe, *naturali timori.*

Probl. 187. ante medium, ibi, *mendosa editio*, scribe, *Vulgata editio.* Et ad finem, ibi, *non autem ipsa*, scribe, *vel ipsa.*

Probl. 191. sub initium, post illud, *plagatus à Iudæis?* dele vsque ad, *Loquitur enim Vates*, exclus. Et pro, *enim*, scribe, *fortè.*

Probl. 195. in fine, ibi, *nisi morte propria Vel Christi*, dele, *propria Vel.*

Probl. 199. initio, post illud, *An signo Thau*, dele vsq; ad, *cum thau prolatum*, exclus. Et post illud, *& est dictio completa*, dele vsque ad, *Sensum enim prophetæ*, excluſiuè.

Problem. 200. ad medium, ibi, *Stigma enim non est Vulnus*, addita vocula, lege, *Stigma enim non tantum est Vulnus.*

SECTIONE 6.

Probl. 233. versus finem, post illud, *Volitante confutam*, dele vsque ad finem probl.

Problema 233. totum deleatur vsque ad finem.

Probl. 244. initio, ibi, *cur disponente Deo*, pro, *disponente*, scribe, *permittente*.

probl. 245. ibi, *obiecto ad malum impellitur*, pro, *impellitur*, scribe, *allicitur*.

probl. 255. ibi, *à principio infusæ*, pro, *infusæ*, scribe, *immissæ*, vel, *suggestæ*.

problema 261. totum deleatur.

problem. 267. initio, post illud, *inebriabuntur sancti*? dele vsque ad, *An de vino illo*, exclus.

probl. 268. post medium, ibi, *quod sumitur vsque ad vomitum*, pro, *vsque ad vomitum*, scribe, *abundanter*.

probl. 271. in medio, ibi, *An igitur (vt reor verius,)* scribe, *An etiam allegoricè*.

problem. 287. ibi, *& relicta imagine summæ lucis, assumpserunt imaginem principis tenebrarum*, rescribe, *& relicta summa luce, assumpserunt obscuritatem principis tenebrarum*.

problema 292. totum expungatur.

problema 299. totum deleatur.

SECTIONE 7.

Problem. 313. initio, post illud, *hæres Dei*? dele vsque ad, *An quia cùm Deus*, exclus.

problemata 316. & 317. tota deleantur.

problem. 319. versus finem, ibi, *solus Pater inhabitat*, dele, *solus*. Et ad finem, ibi, *Ad quam terram intrat non tantum quem Deus elegit*, dele, *non tantum*, & ibi, *sed quicumque vult*, rescribe, *& qui mandata seruat*.

problem. 325. initio, post illud, *Laudantur ab Isaia*? dele vsque ad, *Felicem itaque sortem*, exclus.

probl. 326. sub initium, post illud, *& formans lucem*, dele vsque ad, *Sed cur hæc mala*, exclus.

problema 329. totum deleatur.

probl. 341. sub initium, post illud, *in iudicio priuato*, dele vsque ad, *de Bozra & Edon*, exclus. Et ibi, *aut quia amouebuntur*, dele, *aut*, & post illud, *amouebuntur à custodia*, dele vsque ad finem problem.

Probl. 363. post illud, *regnabimus & nos*, dele vsque ad, *Nec enim aliud*, exclus.

probl. 364. ad finem, post illud, *transmutatos in eundem*, dele vsque ad fin. probl.

problem. 368. post illud, *per modum transeuntis*, dele vsque ad finem problem.

SECTIONE 8.

Probl. 371. ad medium, post illud, *Christum Crucifixum*, dele vsque ad fin. probl.

probl. 372. sub initium, ibi, *Verbum essentiale vel personale*, dele, *essentiale vel*.

probl. 391. initio, ibi, *pro quo mendosa traductio*, pro, *mendosa*, rescribe, *Vulgata*.

probl. 395. initio, ibi, *An quia immundus erat*, adde, & lege, *An quia vtcumque immundus erat*.

probl. 399. à medio, post illud, *ab horto voluptatis*, dele vsque ad, *Hinc edocemur*, exclus.

probl. 415. ad finem, post illud, *erit eius culpa*, dele vsque ad finem problem.

probl. 421. sub initium, post illud, *ferre nequeunt*? dele vsque ad finem probl.

probl. 431. à medio, post illud, *pane cœlesti*? dele vsque ad finem problem.

probl. 435. in medio, ibi, *nec (vt opinor) videbit*, adde, & lege, *nec comprehensiuè videbit*.

SECTIONE 9.

Problem. 440. versus finem, post illud

illud, *commutatus est*, dele vsque ad, *Nam & institutor*, excluſ.

Problem. 470. ſub initium, poſt illud, *Vniuerſam terram*, adde, *& myſticè etiam, non aqua hac materiali, &c.*

probl. 492. à medio, poſt illud, *Theologorum ſchola?* dele vſque ad finem probl.

problem. 463. 464. 495. tota deleantur.

TOMO 4. SECTIONE 1.

Probl. 9. ad finem, poſt illud, *in regnum cælorum*, dele vſque ad finem proble.

probl. 19. poſt illud, *ſuper naturali prouiſione*, dele vſque ad finem problem.

problem. 20. in fine ibi, *per aquam, ideſt filium*, dele, *id eſt, filium.*

problem. 24. initio, poſt illud, *ſit lux? Nonne*, adde, *allegoricè.*

problem. 26. ſub initium, ibi, *Nonne arbor Vitæ*, adde, & lege, *Nonne etiam myſticè arbor Vitæ, &c.* Et paulò inferiùs, ibi, *nam (Vt alibi quoq; diximus) ex merito*, reſcribe, *nam (hiſtoriam, allegoricè quoq; interpretantes) ex merito, &c.*

probl. 31. à medio poſt illud, *tales & cæleſtes*, dele vſque ad finem problem.

problem. 35. ſub initium, poſt illud, *Meſsia penitus indignum?* dele vſque ad, *An igitur natus eſt*, excluſ. Et pro, *igitur*, ſcribe, *etiam:* & ad finem, poſt illud, *curam tantummodò*, dele vſque ad finem problem.

SECTIONE 2.

Problem. 37. initio, poſt illud, *caro factum eſt?* dele vſque ad, *An ſenſum illius ſententiæ*, excluſ. Et poſt illud, *fuit in carne?* dele vſque ad, *ſicut illud Geneſeos*, excluſ. Item poſt illud, *ſed communicatum carni*, dele vſq; ad finem problem.

Problem. 44. ad medium, poſt illud, *aliquatenus innuant*, dele vſque ad, *An quia in ipſo*, excluſ.

problema 52. totum expungatur.

probl. 53. initio ibi, *natura humana*, (*Vt modò dictum eſt*, dele, (*Vt modò dictum eſt.*)

problem. 55. initio, ibi, *fuiſſe magis perſonam*, dele, *magis.*

probl. 69. ſub initium, poſt illud, *ignis denominatur*, dele vſque ad, *An Spiritus ſanctus in eo quod docet*, excluſ. Et poſt illud, *de ſe ipſo, reſultans?* dele vſque ad, *Sic aqua ſapientiæ*, excluſ.

problem. 74. in medio, poſt illud, *Auditus quoque fuit à cælo*, dele vſque ad, *Auditus fuit ab inferno*, excluſ.

problem. 75. in fine, poſt illud, *Vt Apoſtolus ait*, dele vſque ad finem problem.

probl. 78. initio, ibi, (*Vt recentiores Theologi docent*) dele, *recentiores.*

probl. 79. initio, poſt illud, *abunde diffuſus eſt?* dele vſque ad, *An quia ſeipſum inſeparabiliter*, excluſ.

probl. 83. ante medium, poſt illud, *tantummodò iudicant*, dele vſque ad fin. problem.

problem. 85. ad medium, poſt illud, *ſed quomodo plenus eſt?* adde, *per Vnionem hypoſtaticam*, & dele omnia ſequentia vſq; ad finem problematis.

SECTIONE 3.

Problem. 93. ante medium, poſt illud, *antiquo ſerpente iniret*, dele vſque ad, *Quò ductus fuit*, excluſ.

Problem. 94. ſub initium, poſt illud, *Vt pateretur*, dele vſque ad, *ſic in hoc congreſſu*, excluſiuè.

problem. 95. poſt initium ibi, *cœperit eſſe caput*, reſcribe, *cœperit oſtendere ſe eſſe caput*, &c.

Problem.98.initio, post illud, *debellatus fuit?* dele vsque ad, *An* (*Vt etiam supra diſſeruimus,*) excluſiuè.

Proble.101.102.103.104.tota deleantur.

Probl.105.initio,ibi,*non fecit hominem impeccabilem*, adde & ſcribe, *non fecit hominem natura impeccabilem*. Et verſus finem, ibi, *Hinc & Angeli* (*ſaltem à principio*) dele (*ſaltem à principio.*)

Probl.106. ſub initium, poſt illud, *ſtare nequiret*, dele vsque ad, *An locatur in corpore ſibi*, excluſ.

Problem. 114. initio poſt illud, *prænuntiatus fuit?* dele vsque ad, *An quia eius*, excluſ.

Problem.117.ſub initium,ibi, (*Vt aliqui dicunt*) *interpretatur*, dele vſque ad, *An ſicut ipſe naſcens*, excluſ.

Problem.122.ſub initium, ibi, *quæ vera pœnitentia non conſiſtit*, dele, *non*. Et ad finem, ibi, *quæ eſt attritio & dolor*, dele, *attritio &*.

Problem.123.verſus finem, poſt illud, *reor dixiſſe Chriſtum*, dele vsque ad finem problematis.

Probl.125.ſub initium, ibi, (*Vt alibi diximus*) *plantata eſt*, adde, & ſcribe, (*Vt alibi diximus*) *myſticè plantata eſt*.

Problem.131. ſub initium ibi, *Pœnitentiam enim agere, eſt remouere affectum*, adde, & ſcribe, *Pœnitentiam enim agere, eſt etiam remouere*.

Probl.133.ad finem, poſt illud, *nox non eſt illic*, dele vsque ad finem problem.

Problem. 135. à medio, poſt illud, *à ſancto in gloria*, dele vsque ad, *Quod quidem regnum*, excluſ.

SECTIONE 4.

Problem.147. ante mediũ, poſt illud, *& Spiritu ſancto*, dele vsque ad, *nonne & ipſe videtur*, excluſ.

Probl.149.ſub initium, poſt illud, *Voluit nos regenerare*, dele vsque ad fin. problem.

Probl. 152. ſub initium, poſt illud, *Et iterum*, dele vsque ad, *ſubinfertur*, excluſ.

Probl. 167. initio, poſt illud, *fecit Ieſus*, dele vsque ad, *An igitur id fecit*, excluſ. & pro, *igitur*, ſcribe, *etiam*.

Probl.170. initio, poſt illud, *& Spiritum ſanctum*, dele vsque ad, *eſt arbor Vitæ, Vitam præbens*, excluſ.

Probl.185.ad finem, poſt illud, *& multa huiuſmodi*, dele vsque ad finem problem.

Problema 194. totum expungatur.

Problem.200.ad finem, poſt illud, *quæ deprompſit*, dele vsque ad fin problem.

Probl. 205. à medio, ibi, *ex aqua quæ eſt ſapientia*, addita vocula, ſcribe, *ex aqua quæ myſticè eſt ſapientia*.

Problem. 208.ad finem, ibi, *Vnio autem non fit ex vi cibi illius, ſed panis*, dele, *non*, & pro, *ſed*, lege, *&*.

Problem.210.prope medium, poſt illud, *æſtiuo & hiemali?* dele vsque ad finem problem.

Problem. 216. ſub initium, ibi, *illa conuerſio ſacramentalis?* dele, *ſacramentalis*.

SECTIONE 5.

Problem.226. totum expungatur.

Problem. 242. ad finem, poſt illud, *in gloriam ſuam*, dele vsque ad finem problem.

Problem.248.ſub initium, poſt illud, *& gloriam noſtram*, dele vsque ad, *An ſitiebat pugnans*, excluſ.

Problem.249.ad medium, ibi, *dirigendum recta linea in templum ſupra mundanum*, dele, *recta linea:* & poſt vocem, *ſupra mundanum*, dele vsque ad, *Quod templum videns*, excluſ.

Problem.

Problem. 352. totum expungatur.

problem. 263. in medio, post illud, *Mose olim homicida*, dele vsque ad, *scriptum est*, exclus. Et ibi, *melior fuisset sine peccato*, scribe, *melior fuisset sine Christo redemptore*. Et statim, ibi, *non quippe disposuisset*, scribe, *non quippe permisisset*.

problem. 264. sub initium, post illud, *sibi vult Osanna?* dele vsque ad, ℣. *Salua quæso*, exclus.

SECTIONE 6.

Probl. 279. à medio, ibi, *in aqua sapientiæ filialis & Spiritu sancto*, dele, *sapientiæ filialis*.

problem. 284. ad finem, post illud, *& meritis Christi*, dele vsque ad, *Qui locus nunc*, exclus.

problem. 285. sub initium, ibi, (*Vt sanè intelligentibus patet*,) *ibi innuitur*, scribe, *ibi mysticè innuitur*. Et à medio, post illud, *ignis probabit*, dele vsque ad, *de quo* (*vt opinor*) *Isaias*, exclus.

problem. 287. initio, post illud, *non peribit?* dele vsque ad, *An igitur* (*vt benè sentit*, exclus. Et pro, *igitur*, scribe, *etiam*.

problem. 292. ante medium, post illud, *est corporis glorioſi*, dele vsque ad, *Comedit autem piscem*, exclus. Et post illud, *illum, qui*, dele vsque ad, *in conuiuio iustorum*, exclus.

problem. 294. sub initium, post illud, *An descendit anima sola?* dele omnia vsque ad finem problematis.

problem. 299. totum deleatur.

problem. 307. sub initium, ibi, *An quia est animal dæmoniacum*, pro, *dæmoniacum*, scribe, *typus diaboli*.

problem. 310. ad finem, ibi, *Iis igitur qui nequeunt*, scribe: *Sed adultis qui nequeūt*, &c. Et paulò superiùs, ibi, *est tantummodò vera aquæ signum*, dele, *tantummodò*.

Problema 311. deleatur totum.

problem. 316. ante medium, post illud, *& infinita punientur*, dele vsque ad, *An igitur punientur*, exclus.

problem. 320. sub initium, post illud, *vt in Euangelio dicitur?* dele vsq; ad finem problem.

probl. 321. initio, post illud, *infernè corporeus*, dele parenthesim vsque ad, *torquebit animas?* exclus. Et mox post illud, *Theologi dicunt*, dele vsque ad fin. probl.

problem. 322. post illud, *Scotus opinatus est*, dele vsque ad finem problematis.

probl. 324. initio post illud, *elementis compositum est*, dele vsque ad, *Cruciantur autem*, exclus.

problem. 326. sub initium, post illud, *Quid melius inuenire possunt?* dele omnia vsque ad finem problem.

probl. 328. ante medium post illud, *in perpetuas æternitates*, dele vsque ad fin prob.

probl. 329. ad medium, post illud, *Schola concludit*, dele vsque ad finem problem.

problem. 330. sub initium, post illud, *à constitutione mundi præparatum*, dele vsque ad finem problem.

probl. 337. sub initium, post illud, *& sic de reliquis*, dele omnia vsque ad finem probl.

probl. 338. expungatur totum; similiter & Problema 339. totum deleatur.

problema 341. totum expungatur.

probl. 346. versus finem post illud, *consentaneum est*, dele vsque ad finem problem.

problema 349. totum expungatur.

probl. 352. ante medium, post illud, *Mercurius mentem vocat*, dele vsque ad finem problem.

problemata 354, & 356. tota deleantur.

Problem.370.ad medium post illud, *Vocu requiruntur?* dele vsque ad, *An* (*Vt nonnulli sapientes*, exclus.

Problem.372.à medio post illud, *magno mysterio attributo*, dele vsque ad finem problem.

Problem. 374.à medio, cui dictum est, *iubente Deo*, dele, *iubente Deo.*

SECTIONE 7.

Problem.388.sub initium, post illud, *determinatù in numero*, dele vsque ad, *Quod modo suo*, exclus.

Problem. 420, initio, post illud, *habere possunt, petant?* dele vsque ad, *An quia nemo potest*, exclus.

Probl. 422. ad finem, post illud, *penè laboribus?* dele vsque ad finem problem.

Problem. 425.ante medium, post illud, *omnes minutiæ*, dele vsque ad, *Cuius rei Veritatem*, exclus.

Problem. 430. sub initium, post illud, *qui baptizantur?* dele vsque ad, *An igitur aqua, purgans*, excl. & pro, *igitur*, scribe, *etiam.*

SECTIONE 8.

Problem. 448. sub initium, post illud, *Vt aiunt?* dele vsque ad, *Hinc in matrimonijs*, exclus.

Problem. 465.sub initium, post illud, *phantastica, vt aiunt*, dele vsque ad finem problem.

Probl.466.sub initium, post illud, *mulieribus infundunt?* dele vsque ad finem probl.

Problem. 467. initio, post illud, *cùm oderint nos?* dele vsque ad, *An quia huiusmodi spiritus*, exclusiuè.

Problem. 469. sub initium, post illud, *à corpore per operationem?* dele vsque ad finem Probl.

Problem.472.totum expungatur.

Problem.477. post illud, *vtraque familia constat?* dele vsque ad finem probl.

SECTIONE 9.

Problem. 479. sub initium, post illud, *aut Vitam præbens*, dele vsque ad, *Id etiam* (*& fortè melius.*) exclus.

Problem. 481. ad finem post illud, *potissimè fulget*, dele vsque ad finem Problem.

Probl.486. initio, post illud, *gratiam apud Deum? Nonne quia*, dele vsque ad, *ipsa Verò mater Dei*, exclus. & dele, *verò.*

Problem. 488. prope medium, *suppleuit pro Viro?* dele vsque ad finem probl.

problema 498.totum expungatur.

problem.499. sub initium, post illud, *Vt communiter asseritur?* dele omnia vsque ad finem problem.

TOMO 5. SECTIONE 1.

Problem. 1. versus finem, post illud, *mihi benè complacui*, dele vsque ad finem problem.

Problem.25. sub initium, ibi, *terra fertilis, Vt aliqui opinantur?* dele, *Vt aliqui opinantur.* Et ibi, *An est* (*Vt alibi*, scribe, *An etiam mystice est*, (*vt alibi.*

problem. 30. sub initium, post illud, *quoque gratiæ postulat*, dele vsque ad, *Sed cur dicit*, exclusiuè.

problem. 66. ante medium, ibi, *Quamuis mendosa traductio habeat Betel*, rescribe, *quamuis mendosè legatur Betel.*

problem.67.sub initium, post illud, *Vt aliqui interpretantur*, dele vsque ad, *An igitur per montes*, exclus.

Problema 69. totum expungatur.

problema 72.totum deleatur.

problem.73.post initiũ, ibi, *Si Verò de matre superna* (*Vt reor*, scribe, *Si Verò*

verò de matre superna (mysticè, vt reor, excluſ.

Problem. 77. ſub initium, poſt illud, *ſerpentinam, aduocans*, dele vſque ad, *immundas formas Haſtoret*, excluſ.

Problem. 79. ante medium, ibi, *non eſt illa Hieronymi*, ſcribe, *non eſt in omnibus illa Hieronymi.*

Probl. 82. poſt initium, poſt illud, *non eſſet? Nonne*, dele vſque ad, *edidit volumen illud*, excluſ. Et inferiùs, poſt verbum, *reportauerat*, dele vſque ad finem problem.

Problem. 89. à medio, poſt illud, *in quod intrant*, dele vſque ad, *Quemadmodum fecit*, excluſ.

Problem. 92. in fine poſt illud, *ſpatium pœnitendi*, dele vſque ad finem problem.

Problem. 122. ad finem, ibi, *pro quo mendoſa traductio*, pro, *mendoſa*, ſcribe, *vulgata.*

Problem. 125. in medio, ibi, *Viſcera diuinæ pietatis*, dele, *diuinæ*: & poſt vocem *pietatis*, dele vſque ad, *Eodem enim vocabulo*, excluſ.

Probl. 133. ſub initium, poſt illud, *ducere ſatagunt*, dele vſque ad, *Propterea ſic vouentes* excluſ. Et poſt illud, *de nouo ligati*, dele vſque ad, *Quæ vota ſiquis*, excluſ.

Probl. 136 ante medium, poſt illud, *cum rex tranſit in affectum*, dele vſque ad finem probl.

Probl. 137. ſub initium, poſt illud, *vt Catholici tenent*, dele vſque ad finem problem.

SECTIONE 2.

Probl. 141. in medio, ibi, *& ſenſa percipi nequeunt*, reſcribe, *& ſenſa omnia non exprimuntur à Latinis, &c.*

Probl. 143. totum expungatur.

Probl. 145. à medio, poſt illud, *criminati fuerant*, dele vſque ad, *An maledicens maledicenda* excluſ.

Probl. 146. ſub initium, poſt illud, *quales ipſe patiebatur?* dele vſque ad, *An quia putabat meliorem*, excluſiuè.

Probl. 148. ad medium, ibi. *Sed nonne alio ſenſu*, reſcribe, *Sed nonne alio etiam ſenſu.*

Problem. 155. ſub initium, poſt illud, *vt in textu dicitur*, dele vſque ad finem problem.

Problem. 156. ſub initium, poſt illud, *allegati? Vnde*, dele vſque ad, *ſuſcipit ac parcit*, excluſ.

Problem. 170. totum expungatur.

Problem. 172. ad finem, poſt illud, *Alioquin non potuiſſet*, dele vſque ad, *nec Chriſtus cum multis*, excluſ. Et poſt verbum *potuiſſet*, adde, *illuc intrare.*

Problem. 189. verſus finem, poſt illud, *Concordes efficit*, dele vſque ad finem problem.

Probl. 190. ante medium, poſt illud, *reperit prauitatem*, dele vſque ad, *in veritate literæ habetur*, excluſ.

Problem. 198. in medio, ibi, *cùm ſe noſſet onuſtum criminibus*, ſcribe, *cùm ſe noſſet peccatorem.*

Probl. 203. verſus finem, poſt illud, *Deum videbunt*, dele vſque ad finem problem.

Problem. 206. ſub initium, ibi, *vt nonnulli ſatis inſulsè dicunt*, dele, *ſatis inſulsè.*

Problem. 208. initio, ibi, *vt aliqui ineptè exponunt*, dele, *ineptè.*

Problem. 209. ante medium, poſt illud, *ad libidinem ſuccendat*, dele vſq; ad, *An igitur (vt verum puto)* excl. Et pro, *igitur*, ſcribe, *etiam myſticè.*

Problem. 210. ſub initium, poſt illud, *hunc interpretatur*, dele vſque ad, *Quos enim*, excluſ.

Problem. 211. ſub initium, ibi, *Sed nonne literæ veritas*, ſcribe, *Sed nonne etiam literæ veritas.*

Probl. 212. ſub initiũ, ibi, *Sed (vt ad veritatem ipſam*, ſcribe, *Sed (vt ad allegoriam ipſam.* Et ante medium,

post illud, *dicunt æternam*, dele vsque ad, *Sed post iudicium quid erit*, exclus.

Problem. 214. initio, ibi, *ad diabolum contorquent*, pro, *contorquent*, scribe, *referunt*. Et post illud, *cum cœlo & terra*, dele vsque ad, *An igitur intelligendum*: Et pro, *igitur*, scribe, *etiam*.

problem. 218. initio post illud, *valde calidum*? dele omnia vsque ad finem problematis.

problem. 219. initio post illud, *huiusmodi vmbra*? dele vsque ad, *An igitur per salices*, exclus. Et pro, *igitur*, scribe, *etiam*.

problem. 220. sub initium, ibi, *Vt aliqui satis ineptè dicunt*? dele, *satis ineptè*. Et ibi, (*Vt alij magis ridiculosè*,) dele, *magis ridiculosè*.

problem. 222. initio, post illud, *elephantis captura*, dele vsque ad, *An igitur iuxta*, exclus. Et pro, *igitur*, scribe, *etiam*.

problem. 224. initio, post illud, *diabolus designatur*? dele vsque ad, *An igitur per Leuiatan*, exclus. Et pro, *igitur*, scribe, *etiam*.

problem. 232. initio, ibi, (*vt quidam somniant*,) lege, *Vt quidam aiũt*:) & post illud, *de ceto pisce*, dele vsque ad, *An igitur*, (*Vt interpretationem nostram*.) exclus. Et pro, *igitur*, scribe, *etiam*.

problem. 233. initio, ibi, (*Vt nonnulli garriunt*,) scribe, (*Vt nonnulli docent*. Et post illud, *intelligi possunt*, dele vsque ad, *An igitur id intelligitur*, exclus. Et pro, *igitur*, scribe, *etiam*.

problem. 235. initio, post illud, *de diabolo est sermo*? dele vsque ad, *An igitur cum*, exclus. & pro, *igitur*, repone, *etiam*.

problem. 237. à medio, post illud, *Quando videlicet homines*, dele vsque ad, *destituti à felicitate*, exclus.

problem. 239. initio, post illud, *hunc locum de ceto*, dele vsque ad, *quòd cetus cominus*, exclus.

Et post illud, *experientia docet*, dele vsque ad, *An igitur de vita fonte*, exclus. & pro, *igitur*, scribe, *etiam*.

problemata 242. 244. 245. 247. & 248. tota deleantur.

SECTIONE 3.

Problemata 259. 260. 262. & 264. tota deleantur.

problem. 283. à medio, ibi. *se transformandi*, scribe, *se per affectum transformandi*.

problem. 285. sub initium, post illud, *alius non datur*? dele vsque ad finem Problematis.

problem. 286. à medio, post illud, *& perficiatur*, dele vsque ad fin. Problem.

problem. 292. in medio, post illud, *Superiores veniunt*, dele vsque ad, *Hi autem duodecim*, excluſiuè.

problem. 295. sub initium, post illud, *Angelorum choro*, dele vsque ad, *Vnde sicut sunt*, exclus.

SECTIONE 4.

Problem. 297. sub initium, ibi, *quamuis* (*nescio quo spiritu*) *id*, dele (*nescio quo spiritu*.)

problema 331. totum deleatur.

problem. 341. versus finem ibi, *est vis quædam cogens*, pro, *cogens*, scribe, *inclinans*.

problem. 344. ad finem post illud, *residet imago Dei*, dele vsque ad, *Etsi concinnum*, exclus.

problema 361. totum deleatur.

problem. 364. versus finem, post illud, *corpore corruptibili*, dele vsque ad finem problem.

problem. 367. totum deleatur.

problem. 368. initio, post illud, *& è conuerso*? dele vsque ad, *Sed cur fœmina magis*, exclus.

Problem.

Problem. 393. & 394. tota deleantur.

SECTIONE 5.

problem. 408. in fin. ibi, *nihil boni potest operari*, scribe, *nihil boni meritorij potest*, &c.

problem. 418. sub initium, ibi, *quæ suapte natura mala est*, pro, *mala*, scribe *imperfecta*.

Problem. 443. ibi, *quia dæmoniaca & cum*, dele, *dæmoniaca &*.

Problem. 464. in fine ibi, *ex aqua, quæ est filius Dei*, dele, *quæ est filius Dei*.

probl. 477. in medio, ibi, *Vt Theologi recentiores asserunt*, dele, *recentiores:* Et post, *asserunt*, dele omnia vsque ad finem Problematis.

TOMO 6. SECTIONE 1.

probl. 2, sub initium, ibi, *Vt neoterici Theologi dicere*, dele, *neoterici*. Et post illud, *dicere solent?* dele vsque ad, *An igitur ista*, exclus. & pro, *igitur*, scribe, *etiam*.

Problema 6. totum expungatur.

Problema 21. totum deleatur.

Problema 23. totum expungatur: vt etiam Problema 23. totum deleatur.

Probl. 41. ante medium post illud, *non declaratur*, dele vsque ad, *Nec desant*, exclus.

problem 42. in medio, ibi, *à leonibus (Vt nonnulli dicunt) devorabantur*, dele, (*Vt nonnulli dicunt.*)

SECTIONE 2.

Problem. 49. versus finem, post illud, *sed non creat*, dele vsque ad, *non creat speciem aliquam*, excl. Et post illud *particulares animas*, deleatur vsque ad finem Problem.

Probl. 55. ante medium, post illud, *operari in die?* dele vsque ad finem Problem.

SECTIONE 3.

Probl. 76. ante medium, post illud *conservare potest?* dele vsque ad finem problem. 77. initio, post illud, *ab intellectu nostro capi?* dele vsque ad, *An quia intellectus*, exclus.

probl. 79. initio, ibi, *cur virtus intellectiua*, scribe, *cur actus intelligendi*.

problem. 87. sub initium, post illud, *omnium idioma tum fuit?* dele vsq; ad, *Nec existimo*, & post, *existimo*, dele vsque ad, *quod non addiscens*, exclusiuè.

ploblem. 94. versus finem, post illud *Nonne videntur digniores?* dele vsq; ad finem problematis.

problem 101. totum expungatur.

problem. 105. ad medium, ibi. *Nulla mentione, (Vt in veritate litera habetur) facta*, scribe, *nulla mẽtione Hebraicè facta*.

probl. 106. ante medium, ibi. *Producta atque posita fuere*, dele, *producta atque*. Et paulò inferiùs, ibi, *postea fuerunt*, pro. *postea*, scribe, *&*.

problem. 107. à medio, ibi, *Nec charitas erga se ipsum lege præcipitur*, scribe, *Nec charitas erga se ipsum lege tantùm præcipitur*.

problem. 106. à medio, post illud, *Calcaribus perurgentur?* dele vsque ad finem problem.

SECTIONE 4.

problem. 113. initio, post illud, *quàm veritate*, dele vsque ad, *An quia (Vt Anselmus*, exclus. Et mox ibi, *Quod mente caret, percipi*, scribe, *quod mente parum valet, percipi*.

problem. 117. à medio, post illud,

Agentem & passibilem, dele vsque ad finem probl.

Problem. 118. totum expungatur.

Probl. 121. initio, post illud, *Semper machinentur?* dele vsque ad, *legem non dedit*, exclus. Et post vocem, *legem*, adde, *Deus*.

Probl. 132. ante medium, post illud, *Possunt scire multa*, dele vsque ad, *Et hæc immundi*, exclus.

Probl. 133. post initium, post illud, *& multis aliis in locis*, dele vsque ad finem probl.

Probl. 134. totum expungatur.

Probl. 157. versus finem, post illud, *cadaueris vergit?* dele vsque ad finem problematis.

Probl. 158. post initium, post illud, *Cadaueribus oblectantur*, dele vsque ad *An quia quærunt*, exclus.

SECTIONE 5.

Problemata 166. 167. 168. tota deleantur.

Problem. 169. sub initium, ibi, *ipsimet præbent corpus suum visibile*, scribe, *ipsimet præbent corpus assumptum visibile.*

Problem. 176. & 177. integra deleantur.

Problem. 184. initio, post illud, *comitatum Tobiæ?* dele vsque ad, *huius quoque rationem*, exclus.

Probl. 189. initio, post illud, *mortalium casum?* dele vsque ad, *An quia tanta*, exclus.

Probl. 190. sub initium, post illud, *venenis infundendis?* dele vsque ad finem problematis.

Probl. 191. à medio, post illud, *quod nobilius est?* dele vsque ad finem problem.

probl. 192. totum expungatur.

problem. 195. initio, ibi, *Nonne quia natura peruersus*, dele, *natura.*

problem. 196. versus finem, *& in cubilibus suis collocabuntur*, dele vsque ad finem problem.

problem. 197. à medio, post illud, *læsæ Maiestatis?* dele vsque ad finem probl.

problem. 201. & 202. tota deleantur.

problem. 203. prope medium, post illud, *susc:pientes semen virorum?* dele vsque ad, finem problem.

SECTIONE 6.

problem. 206. ad finem, post illud, *calidas in deserto*, dele vsque ad finem probl.

problem. 211. ad medium, post illud *dicuntur immunda*, dele vsq; ad finem problematis.

probl. 225. ad finem, post illud, *vel cadauera comedit*, dele vsque ad finem probl.

problem. 232. ad medium, ibi, *& animalia dæmoniaca*, pro, *dæmoniaca*, lege *quædam.*

prolem. 233. ad medium ibi, *rapax dæmoniacum sit*, scribe, *rapax dæmonis typus sit.*

poblem. 234. ad finem, ibi, *est animal dæmoniacum*, scribe, *est animal gerens typum diaboli.*

probl. 237. ad finem, ibi, *quomodo sit imago*, scribe, *quomodo effulgeat imago Dei.*

SECTIONE 7.

problem. 253. à medio, ibi, *fugatis Deo*, scribe, *derelicto Deo.*

problem. 256. in medio, post illud, *spiritus videlicet malos*, dele vsque ad finem problem.

problem. 259. sub initium, post illud, *An forte*, dele vsque ad, *ignis corporis pœnas*, exclus. Et mox post illud, *carcere detineatur*, dele vsque ad, *An quia sicut cœlum*, excl.

pro-

problem 198. prope finem, post illud, *tempore nequaquam*, dele vsque ad finem problem.

problem 271. ad finem, post illud, *vel furto subtracta*, dele vsque ad, *An quia in terram*, excl.

SECTIONE 8.

probl. 308. initio, ibi, *nobis promisit, operari possimus?* pro, *operari possimus*, scribe, *operemur*.

problema 313. totum expungatur.

problem. 317. ad finem, post illud, *ingenij sunt, quam alij*, dele vsque ad finem problem.

SECTIONE 9.

problem. 327. in medio, ibi, *decreuit Vt homo laberetur*, pro, *decreuit*, scribe, *permisit*. Et ad finem post illud, *Dominum nostrum*, dele vsque ad fin. problem.

problema 332. totum deleatur.

problema 337. totum expungatur.

problem. 344. ad finem, ibi, *Et hoc in sacramentum*, scribe, *Et hoc in signum*. Et ibi, *prius debebat esse sub*, scribe, *pius fuerit sub*.

problem. 346. initio, ibi, *Vt fati series*, scribe, *Vt diuinæ dispositionis series*. Et infra in medio, *secundum fati seriem*, scrib., *secundum diuinæ dispositionis seriem*.

problem. 354. ad medium, post illud, *tamquam non suo*, dele vsque ad finem problem.

problem. 360. sub initium, post illud, *tamquam Deum adorarent?* dele vsque ad finem problem.

problem. 365. sub initium, *& far serotina erant*, dele vsque ad finem probl.

probl. 380. post initium, ibi, *Quod patibulum Venit à ligno*, scribe, *Quod patibulum mysticè Venit à ligno*.

problem. 382. ante medium, post illud, *Veritas habet*, dele vsq; ad, *Hinc de coniugibus*, excluſ.

problem. 396. prope medium, post illud, *mundus etiam appellatur*, dele usque ad, *Et sic quadrat*, excl.

problem. 401. ante medium, post illud, *sapiens, & prophetissa*, dele vsque ad finem problem.

problem. 402. prope medium, ibi, *secundum propriam virtutem, naturalē Videlicet*, dele, *naturalem Videlicet*, & & post illud, *agere supra Vires*, dele omnia vsque ad finem problem.

probl. 403. initio, post illud, *Vt Apostolus inquit?* dele vsque ad finem problematis.

probl. 406. ante finem, ibi, *Nam id fit potestate quadam*, pro, *fit*, scribe, *fieri interdum solet*.

problem. 424. in fine post illud, *Ego sum, qui sum*, dele vsque ad finem problem.

problema 425. totum expungatur.

SECTIONE 10.

problem. 435. ad medium, post illud, *vel depressionibus suis*, dele vsq; ad finem problem.

problem. 437. totum deleatur.

SECTIONE 11.

probl. 477. à medio, post illud, *vt aliàs dictum est*, dele vsque ad finem problem.

probl. 488. initio, ibi, *Quid est Iordan?* scribe, *Quid mysticè indicat Iordā?*

problem. 489. initio, ibi, *indiget contritione*, scribe, *indiget pœnitentia*.

problem. 495. à medio, post illud, *adipiscendo & regendo*, dele vsque ad finem problematis.

probl. 500. sub initium, post illud, *habebat orationes*, dele vsque ad, *Hinc de ipso canit*, excluſ.

FRANCISCI IANI F. DOVSÆ IN C. LVCILII Satyrarum, quæ supersunt, &c.

EX *C. Lucilij Suessani Aurunceani Satyrographorum Principis &c. Satyrarum, quæ supersunt Reliquijs, quas Franciscus Iani F. Dousa collegit, disposuit, & Notas addidit. Lugduni Batauorum, Ex officina Plantiniana Franciſci Raphelengij*, 1597.

Expungatur tota Epistola Dedicatoria, cuius initium, *Conanti mihi ad grauiora.*

Deleatur etiam tota Pleias Dousica Bon. Vvlcanij Brugensis, cuius initium, *Luximus ereptum,*

In Carmine Paulli Merulę ad Franciscum Dousam, quod incipit, *Internecinus alta*, in versu 19. post illud, *priori vix aliam*, dele vsque ad, *gratiam Redantruabit*, exclus.

In Carmine Petri Bertij ad eũdem, quod incipit, *Æthalides post Euphorbus*, post versum 20. nempe post illud *ô inclyte Dousa*, dele vsque ad, *quoi sua claustra*, exclus.

In Carmine Philiberti Borsali ad eundem, cuius initium, *Qualiter in vitam*, in versu 11. post illud, *tantùm est audere*, dele vsque ad, *Æmula iamque audit*, exclus.

In carmine Ioannis Meursij, cuius initium, *Lucilij Satyras*, post versum, *Nomen & infamis curre per ora virûm*, dele vsque ad versum, *Hoc precor, hoc vouco, &c.* excl.

IX. NOTIS EX INCERTO *Satyrarum libro.*

Pag. 97. colum. 1. in medio, post illud, *auctoritatem addebat*, dele vsque ad, *Iosephus Scaliger, cum ei*, excl.

Pag. 98. colum. 1. §. *Natus est Lucilius*, ibi, *obseruante magno Scaligero*, dele, *magno*.

Pag. 99. colum. 1. à medio, ibi, *Illustriss. autem, Scaliger*, deleatur, *Illustriss.*

Eadem pag. col. 2. §. 2. *Iactari in foro*], ibi, *suggerente doctissimo Scaligero*, dele, *doctissimo.*

Pag. 100. colum. 1. §. 4. . *Arte, paumento*, ibi,] *Illustriss. Scaliger in Manilium*, dele, *Illustriss.* deleatur eadem vox,] *Illustrissimus*, seu,] *Illustrissimi*, præposita nomini *Scaligeri*, eadem col. §. 6. *Cornelium Publium.* &, §. *Ibid. & sectatori*, & colum. 2. §. 12. *Queis hunc currere equum.* Et pag. 101. col. 1. §. 14. *magnis tuditantium.*

Pagin. 101, colum. 1. §. 13. *Pistricem validam*,] ibi, *me monuit acuti ingenij iuuenis*, dele, *acuti ingenij.*

Eisdem pag. & col. §. 15. *& scruta quidem*, ibi, *Videsis quæ eruditissimus Had.* dele, *eruditissimus.*

Pag. 104. col. 1. §. 61. *Canabi Rhodi.*] ibi, *fortasse doctissimus Scaliger*, dele, *doctissimus.*

Eadem pag. col. 2. §. 86. *Andronicus Flacci*, post illud, *Liuius Andronicus*, dele vsque ad, *P. Scriuerius amicus*, exclus.

Pag. 105. colum. 1. §. 94. *Vinum Crucium.* ibi, *Doctissimus Vuo Villiomarus*, dele, *doctissimus*,

Eadem pagin. colum. 2 §. 100. *Quadranti ratiti*,] ibi, *in Festo ingeniosissimè suppleuit*, dele, *ingeniosissimè.*

Pag. 106. col. 1 §. 188. *Carcer vix carcere dignus*,] post vocem, *dignus*, dele vsque ad, *Paullus G. F.* exclus.

Pag. 108. colum. 2. §. 180. *Quid? puto te*, ibi, *sagacissimè odoratus est Cl. V. Franciſ.*] *unius, columen Lycæi nostri*, dele, *sagacissimè*, &, *Cl. V.* &, *columen Lycæi nostri.*

Pag. 109. colum. 2. §. 191. *Quanquam fuit*, ibi, *Vt Clariss. Franc.*] *uius*, dele, *Clariss.*

clariſſ. deleatur eadem vox, ibidem ſtatim poſt duas lineas.

EX NOTIS IN C. LVCILII Reliquias, quæ ſuperſunt ex Satyrarum libro 1.

pag 111.colum.1. §.]*bidem aut Carbo*, ibi, *legendum cum magno Scaligero*, dele, *magno*.

Ibidem inferiùs §. 9. *Per Satyram Ædilem.*]ibi, *interpretem magnum Scaligerum*, dele, *magnum*.

Ead.pag.col.2.§.19. *Mors, ſterum morbus.*]ibi,]*ta doctiſſimus Scaliger*, dele, *doctiſſimus*.

IN RELIQVIAS LIBRI 2.

pag.112.col.1.§.4,]*niuriatum hunc.*]ibi, *Doctiſſimus Scaliger*, dele, *doctiſſimus* Et poſt tres lineas, ibi,]*ta rectiſſimè Scaliger*, dele, *rectiſſimè*. Ead.colum.§.5. *Nunc nomen*, ibi, *Inſanè benè Ioſ. Scaliger*, dele, *Inſanè benè*.

Ead.pag.colum.2.§.8, *meum ſi diſceſſerit*, ibi, *emendante eruditiſſimo Caſaubono*, dele, *eruditiſſimo*.

]*N RELIQVIAS LIBRI 3.*

pag. 213.colum.2.§.10. *Promontoriũ remis.*]ibi, *Doctè Ioſ.Scaliger*, dele, *Doctè*.

pag.114.colum.2.§.24. *Symmachum prætereà.*]ibi, *Sed impoſuit viro doctiſſimo*, dele, *doctiſſimo*.

]*N RELIQVIAS LIBRI 4.*

pagin.115.colum.1.§.]*bid. Lælium, præclarè.*]ibi, *Fabricium Virum doctiſſimum, peſſimè*, deleatur, *virum doctiſſimum*.

pag.116.col.1.§.7. *Vinum Defuſum*, ibi, *verum V.Cl. Franciſcus Iunius*, dele *V.Cl.* & poſt vocem,]*unius*, dele vſq; ad, *ea ita à ſe reſtituta*, excl.

pag.117.colum.1.initio, §. *Ibidem ſura ac pulmonibus ſiſto.*]ibi, *At verò omnium optimè I.Scaliger*, dele, *omnium optimè*.

pag.113.col.2.§.21. *dum fulmentas*, ibi,]*ngenioſe*]*ſaacus Cauſaubonus, decus ac columen literarum*.

]*N RELIQVIAS LIB. 5.*

pag.119.col.1. initio §. *Ibid. lacrimoſæque*, ibi *Sic verißimè emendauit*, dele, *verißimè*.

]*N RELIQVIAS LIBRI 6.*

pag.120.col.2.§.12. *Hortare illorum.*] ibi,]*ngenioſe*]*oſ.Scaliger*, dele, *ingeniosè*.

]*N RELIQVIAS LIB. 8.*

pag.122.col.2. §.12. *A læua lacrimas*, poſt illud, *nequid erres, ſed verò*, dele vſque ad, *quoniam enim priùs*, & in locum expunctorum ſubſtitue, *Scaligero*. Deinde poſt illud, *cupidæ dicet auaritiæ*, dele vſque ad, *Ac tibi nil faciam*, excluſ.

]*N RELIQVIAS LIB. 9.*

pag.123.colum.1.§.2. *At non multum*, ibi, *legẽda cenſent Cl.V.Franc.*]*unius*, dele, *Cl.V.*

pagin. 124.colum.1.§.18. *labiaſque huius*, ibi,]*acobus Schegkius politiſimi ingenij iuuenis*, dele, *politiſimi ingenij*.

IN RELIQVIAS LIB. 11.

pag.126. col. 1. §. *Ibid. soluere*, post illud, *cuius verba* dele vsque ad, *integra huc transcribere*, excl.

Et in fine eiusd. §. ibi, *Hæc doctissimus Villiomarus*, dele, *doctissimus*.

IN RELIQVIAS LIB. 14.

pag.128. colum. 1. §. 12. *neque Diuo*, ibi, *Ios. Scaliger verissimè correxit*, dele, *verissimè*.

IN RELIQVIAS LIB. 4.

pagin.129.col.1.§. *Ibid. segestre.* ibi, *de hac voce doctissimus Casaubonus*, dele, *doctissimus*. Et col.2.§.14. *Tintinnabulum*, ibi, *obseruat magnus Scaliger*, dele, *magnus*,

IN RELIQVIAS LIB. 20.

pagin.131.col.2.§.6, *deinque petigo*, ibi, *Verissimè Ios. Scaliger*, dele, *Verissimè*.

IN RELIQVIAS LIB. 26.

pag.133.colum.1.§.18. *Vt Roma vitet gladiatoribus.* post hanc vocem, *gladiatoribus*, dele vsq; ad, *Ios. Scaliger, vt*, excluſ.

IN RELIQVIAS LIB. 27.

pag.134.colum.1.§.10. *Nec sic, vbi Græci.*) post illud, *vbi Græci*, dele vsq; ad, *amiciſsimus Paullus*, excluſ.

IN RELIQVIAS LIB. 28.

pag.135.colum.2.§.25. *gnate vrge*, ibi, *iam pridem doctissimus Paulus*, dele, *doctissimus*.

pag.136.col.2.§.45. *Fulmentas eis*, ibi *Ingeniose Casaubonus*, dele, *Ingeniose*, & post vocem, *Casaubonus*, dele vsque ad *Fulmentas, clauis*, excluſ.

FRANCISCI IVRETI IN Epiſtolas Symmachi Notæ.

Lib. 6. cap. 9. pag. 579. in fine, post illud, *Vitam sustentasse. Et*, dele vsque ad, *mœchum quendam*, excl. Cap. 18. pa. 665. expungatur totus, §. 40. *De hac spinosa quæstione*. Et dele etiam sex immediatè sequentes §§. vsq; ad §. 47. *Hinc postremo, Quæritur*, excluſiuè.

Ca. 19. pag. 683. §. 42. *Melanchthonis itaque non*, dele, *Melanchthonis*.

IOHANNIS MEVRSII GLOSSARIVM Græco-barbarum.

EX Ioannis Meursij Glossario Græco-barbaro, &c. Lugduni Batauorum, ex officina Thomæ Basson. 1610.

In prima Operis inscriptione, post illud, *Ioannis Meursii*, adde, *Auctoris damnati*. Deinde post illud, *Militia explicantur*, dele vsque ad finem inscriptionis. Et post verbum, *explicantur*, adde, *prohibitum, sed cum correctione permissum*.

Post Epistol. Dedicatoriam, dele totum Epigramma, cum titulo, & subscriptione, quod incipit, *Imperij quondam* &c.

In Præfatione Meursij, *Ad Benignum Lectorem*, initio, post illud, *nostrum Græco barbarum*, dele vsque ad, *Vides hìc magnam*, excluſ.

Post Præfationem deleantur omnia Poëmata Græca & Latina, cum eorundem inscriptionibus & subscriptionibus vsque ad Titulum *Index Auctorum Græcorum*, excluſ.

Ex Glossario ipso, pagin. 11. in voce, ANAKAPA. ibi, *ita rectè olim explicauit V. Cl. Franciscus Iunius*, dele, *V. Cl.*

Pagin. 192. ΕΜΠΟΥΛΟΝ, ibi, *censet vir eruditus, Leonardus Fuchsius*, dele, *vir eruditus.*

Pag. 255 ΚΑΛΛΑΙΝΟΣ, ibi, *vir eruditus, Hieronymus Volphius*, dele, *vir eruditus.*

Pagin. 274. ΚΑΠΟΥΤΖΙΟΝ, ibi, *ita rectè Vrobio corrigit V. Cl. Franciscus Iunius*, dele, *V. Cl.*

Pagin. 277. ΚΑΡΔΗΑΡΙΟΣ, ibi, *cum Nilo Vulgarunt viri docti*, dele, *viri docti.* Ibidem, in fine pag. post illud, *Non facilè dixerim*, dele vsque ad illud, *Et legebant eos primitus*, exclus.

Pag. 293. ΚΑΤΟΥΝΑΙ, ibi, *V. Cl. Frãciscus Iunius*, dele, *V. Cl.*

Pag 312. ΚΑΗΡΟΣ, post illud, *καὶ πρεσβυτέρων*, dele vsque ad, *Anastasius in Vita eius*, Et pro, *eius*, scribe, *Hygini.*

Eadem voce pag. 513. ibi, *Fallitur eruditissimus vir Hieronymus*, dele, *eruditissimus vir.*

Pag. 318. ΚΟΙΤΑΤΩΡΙΟΝ, ibi, *Eruditissimus Xylander*, dele, *Eruditissimus.*

Pag. 348. ΚΟΥΛΑ, ibi, *Eruditissimus Leunclauius*, dele, *Eruditissimus.*

Pag. 466. ΝΕΡΟΝ, ibi, *Vir eruditissimus, Leonhartus Fuchsius*, dele, *Vir eruditissimus.*

Pag. 471. ΝΟΥΜΕΡΑ, ibi, *Hæc eruditissimo Interpreti olim*, dele, *eruditissimo.*

Pag. 519. ΠΑΤΡΙΑΡΧΗΣ, initio, post vocem, *πατριάρχης*, dele vsque ad, *Simocata Hist. Mauric.* exclus.

Ead. voce, pag. 520. ad medium, post illud, *Eorum Episcopus ordinatur*, dele vsque ad, *Extat apud Godefridũ*, excluſiuè.

Pag. 522. à med. ΠΑΥΡΙΚΙΟΣ, post illud, *ex citatis Zosimi verbis*, dele vsque ad, *Luitprandus in Legat.* exclus. Et paulò inferiùs, post illud, *Nefas decernimus*, dele vsque ad, *Varnefridus, Strabo.* exclus. Deinde, paucis interiectis, post illud, *Imperys fuisse viderentur*, dele vsque ad illud seq. pag. sub initium, *Obseruo apud Nicetam*, exclus.

Pag. 628. ΣΙΡΙΑΛΙΩΝ, ibi, *Vir magnus legit*, scribe, *quidam legit.*

Pag. 638. ΣΚΕΥΟΦΥΛΑΞ, post illud, *καὶ (σκευοφύλακι*, dele vsque ad, *Zonaras in eius Vita.* Et pro, *eius*, scribe, *Isaacy.*

Pag. 705. ΤΖΑΠΠΡΑΤΟΡΕΣ, ibi, *Eruditissimus Volphius*, dele, *eruditissimus.*

Pag. 739. ΥΠΕΡΠΥΡΟΝ, ibi, *labitur ibidem vir eruditissimus, Ioannes*, dele, *vir eruditissimus.*

Pagin. 794. ΩΡΑΙ, post illud, *Tuitienſem De Diuin. Offic. lib. 1.* dele vsq; ad, *Valfridus Strabo*, exclus.

Pag. 800. *Ad* ΕΔΟ, ibi, *interpres eruditus, Rudolphus*, dele, *eruditus.*

ITEM DE FVNERE LIBER SINGVLARIS.

Ex Eiusdem Meursij de Funere libro singulari, In quo Græci & Romani ritus. Additum est de Puerperio Syntagma. Hagæ-Comitis, ex officina Hillebrandi Iacobi, 1604.

In prima Operis inscriptione, post illud, *Ioannis Meursij*, adde, *Auctoris damnati.* Et post illud, *de Puerperio Syntagma*, adde, *Vtrumque opus prohibitum, cum expurgatione verò permissum.*

Expungantur duo integra Epigrãmata in laudem vtriusque Operis Meursij, alterum Iacobi Gruteri, cuius initium *Nænia fortè placet.* Alterum Hugonis Grotij, cuius initium, *Vna papyrus.*

Ex libro de Funere, cap. 16. pag. 52. in titulo cap. dele, *Hieronymi error.*

Eod.

Eod.cap. pag.54. post illud, *multitudinis Gog.* dele vsque ad, *Vt autem pollinctorem*, exclus.

Cap. 40. pag. 169. ante medium, post illud, *Vnde etiam Cinerarij*, dele vsque ad, *apud Hieronymum in*, excl.

Cap. 42. pag. 184. ad mediũ, ibi, (*ita lego cum Clariss. Iurisc.* dele, *Clariss.*

ITEM EXERCITATIONES CRITICÆ.

EX *Eiusdem Ioannis Meursij Exercitationum Criticarum Partibus II. Quarum prima*, Curarum Plautinarum Commentarium, *Secunda*, Animaduersionum Miscellarum libros quatuor *complectitur. Lugduni Batauorum, ex officina Ludouici, Elzeuirij anno* 1599.

In prima Operis inscriptione, post illud, *Ioannis Meursij*, adde, *Auctoris damnati*, & post illud, *libros quatuor complectitur*, adde, *prohibitæ, sed cum expurgatione permissæ.*

In Epist. ad lectorem ad finem, post illud, *strauerint non segniter*, dele vsque ad, *Collegi tamen*, exclus.

Deinde expungatur tota Epistol. Ioan. Meursij ad Iosephum Scaligerum, quæ incipit, *Vt Plautinis, &c.* cum inscriptione.

Ex Plautinarum Curarum Commentario, ad Amphitruonem, cap. 3. pag. 11. in fine, ibi, *Illustrissimus Vir Ios. Scaliger*, dele, *Illustrissimus Vir.*

Eod.cap. pag. 12. sub initium, ibi, *Laudanda est coniectura*, dele, *Laudãda.*

Cap. 6. pag. 19. sub initium, ibi, *ab incomparabili Viro, Ios. Scaligero*, dele, *incomparabili Viro.*

Eod.cap.pag.20. à med. ibi, *Camerarius, Vir summus, propugnat*, dele, *Vir summus.*

In Epist. Ioannis Meursij ad Ianum Dousam, cuius initium, *Qui Plautum, &c.* quæ præfigitur Commentario ad, *Capteiuos*, pa. 52. in titulo Epist. dele, *Amplissimo Viro.* Et initio Epist. dele, *vir nobilissimè.*

Ad Casinam c. 1. pa. 73. in med. ibi, *Nobilissimo Dousæ hoc ipsum*, dele, *Nobilissimo.*

Cap. 4. pa. 78. ante medium, ibi, *Rectè Ianus Dousa V. N.* dele, *V. N.*

Cap. 6. pag. 85. initio, ibi, *Acutè nobilissimus Dousa*, dele, *Acutè nobilissimus.*

Ad Cistellariam, cap. 1. pag. 91. initio, ibi, *Hic fixa crux magnis Viris, Camerario*, dele, *magnis Viris.*

Ad Epidicum, cap. 1. pag. 104. initio, ibi, *quod nobilissimus Dousa ex coniectura*, dele, *nobilissimus.*

Eod.cap.pag. 105. in medio, ibi, in *Coniectaneis vir magnus*, dele, *magnus.*

Ad Mostellariam, cap. 1. pa. 141. circa medium, ibi, *Rectè V. N. Ianus Dousa*, dele, *V. N.*

Ad Menæchmos, cap. 1. pag. 146. à medio, post illud, *Vt monet*, dele vsq; ad, *Ioachimus Camerarius*, exclus.

Epistola Ioannis Meursij ad Isaacũ Casaubonum, cuius initium, *Cum Plautinas, &c.* quæ præfigitur Commentario, Ad Militem, pag. 152. tota expungatur.

Ad Militem, cap. 1. pag. 154. à medio, ibi, *sed pace tantorum Virorum*, dele, *tantorum.*

Ad Trũculẽtũ, cap. 1. pa. 245. versus finẽ, ibi, *ad Varronem Vir incomparabilis Ios.* dele, *Vir incomparabilis.*

Cap. 2. pag. 250. à medio, post illud, *Hæc lectio à Scaligero profecta*, dele vsque ad, *in textum recepta*, exclus. Deinde post illud, *est. Ego*, dele vsque ad, *heic tamen eum*, exclus.

Ex Exercitationum Criticarum, Parte Secunda.

Lib. 1. Animaduersionum Miscellarum, cap. 7. pag. 23. in fine, initio Cap. post illud, *sed pauca*, dele vsque ad, *Veteres Romani*, exclus.

Cap. 10. pag. 41. à medio, ibi, *Vt emendauit illustr. Scaliger*, dele, *illustr.*

Lib 3. cap. 16. pag. 148. prope medium, ibi, *Vbi rectè indicat magnus Scaliger*, dele, *magnus.*

Cap. 20. pag. 156. in medio, post illud, *Vnde & Cinerarij*, dele vsque ad, *apud Hieronymum in epistola*, exclus.

Cap. 27. pag. 172. versus finem, ibi, *Vide magni Scaligeri Auson*, dele, *magni.*

Lib. 4. cap. 6. pag. 202. sub initium, post illud, *probare per literas*, dele vsq; ad, *Iano Dousæ. Eorum*, exclus.

Cap. 7. pag. 203. in fine, ibi, *cum ad V. N. Iosephum*, dele, *V. N.*

Cap. 11. pag. 212. à medio, ibi, *Illustrissimus quoq; vir Iosephus Scaliger*, dele, *Illustrissimus quoq; vir.*

Cap. 12. pag. 215. à medio, ibi, *cum doctissimo Sylburgio*, dele, *doctissimo.* Deinde, ibi, *emendationem meam tanti viri iudicio*, dele, *tanti.*

Cap. 13. pag. 217. à medio, ibi, *emẽdauit Illustrissimus Scaliger*, dele, *Illustrissimus.*

Cap. 15. pag. 220. initio cap. ibi, *ab Henrico Stephano viro doctissimo*, dele, *viro doctissimo.*

Cap. 19. pag. 229. in medio, ibi, *V. Cl. Henricus Stephanus*, dele, *V. Cl.*

Cap. 23. pag. 236. sub initium, ibi, *Vt rectè emendauit vir maximus Scaliger*, dele, *vir maximus.*

Cap. 24. pag. 238. ante medium, ibi, *Nimis velim V. Cl. Franciscum Iunium*, dele, *V. Cl.* Et post vocem, *Iunium*, dele vsque ad, *non sollicitare hũc locum*, exclus.

Cap. 27. pag. 243. à medio, ibi, *etiã D. Iunio in mentem*, dele, *D.*

ITEM CRITICVS ARNOBIANVS.

EX eiusdem Ioannis Meursij Critico Arnobiano, tributo in libros septem. Item Hypocritico Minutiano, &c. Lugduni Batauorum, Ex officina Ludouici Elzeuirij. 1598.

In prima Operis inscriptione, post illud, *Ioannis Meursij*, adde, *Auctoris damnati.* Et paulò inferiùs, post illud, *Scriptores variè castigantur*, adde, *omnia prohibita, sed cum correctione permissa.*

In Epistola Ioannis Meursij ad Ordines Generales, &c. pag. 2, ibi, *Interim tamen nec S. Theologiæ deseram*, dele, *S. Theologiæ.* In fine eiusdem pag. ibi, *magno Scaligero*, dele, *magno.* Et pagina 3. eiusd. Epist. sub initium, *innumeris itidem locis à*, dele vsque ad, *Francisco Iunio*, exclusiuè.

Post Prolegomena, dele omnia Carmina Græca, & Latina cum inscriptionibus, vsque ad Titulum illum Operis, *Ioannis Meursij Critici Arnobiani*, &c. exclus.

Lib. 1. cap. 2. pag. 3. à medio, post illud, *Quod visum*, dele vsque ad, *Petro Bertio*, exclus.

Cap. 3. pag. 5. in medio, post illud, *Grotius tamen*, dele vsque ad, *madidarier imbribus*, exclus.

Pag. 6. sub initium, ibi, *Verbum diuinus Scaliger*, dele, *diuinus.*

Cap. 9. pag. 18. ante medium, ibi, *Felicissimè restituit Grotius*, dele, *Felicissimè.*

Cap. 10. pag. 20. ad medium, ibi, *Sed video eruditissimum Coluium*, dele, *eruditissimum.*

Eodem

Eod. cap. pag. 21. ante medium, ibi, *Monuit me doctissimus*, dele, *doctissimus*.

Lib. 2. cap. 1. pagin. 44. in fine, ibi, *Nobilissimo & Amplissimo Viro Iano Dousæ*, dele, *Nobilissimo, & Amplissimo*.

Cap. 2. pagin. 47. initio, ibi, *ad V. N. Iosephum Scaligerum*, dele, *V. N.*

Cap. 7. pagin. 58. initio, ibi, *D. Scaliger*, dele *D.*

Cap. 11. pagin. 67. ante medium, ibi, *Quod & doctissimo Schegkio*, dele, *doctissimo*.

Cap. 13. pagin. 74. sub initium, ibi, *Sagacissimè locum mutilum*, dele, *Sagacissimè*.

Lib. 3. cap. 6. pag. 98. à medio, ibi, *Iani Dousæ, V. N.* dele, *V. N.*

Cap. 8. pagin. 102. initio, ibi, *Illustrissimus Vir Iosephus Scaliger*, dele, *Illustrissimus Vir*.

Cap. 9. initio, ibi, *De Festo heroïs illius Iosephi Scaligeri*, dele, *heroïs illius*. Et post illud, *Scaligeri*, dele vsque ad, *Post illum tamen*, excluſ.

Cap. 11. pag. 110. sub initium, ibi, *Illustrissimus quoque Vir Iosephus Scaliger*, dele, *Illustrissimus quoque Vir*.

Libr. 4. capit. 1. pagin. 114. initio, ibi, *cum doctissimo Sylburgio*, dele, *doctissimo*.

Cap. 2. pag. 116. à medio, ibi, *Illustrissimus Scaliger*, dele, *Illustrissimus*.

Cap. 14. initio, pag. 144. in fine, ibi, *ab Henrico Stephano Viro doctissimo*, dele, *Viro doctissimo*.

Libr. 5. cap. 3. pag. 153. in fine, ibi, *Nobilissimus Scaliger*, dele, *Nobilissimus*.

Capit. 15. pag. 181. à medio, ibi, *V. CL. Henricus*, dele, *V. CL.*

Lib. 7. cap. 2. in fine, pagin. 209. ibi, *ex aureola emẽdatione*, dele, *aureola*.

Cap. 4. initio, pagin. 211. ad finem, ibi, *De qua voce magnus Scaliger*, dele, *magnus*.

Cap. 10. pagin. 225. ante medium, ibi, *Vt rectè emendauit maximus Scaliger*, dele, *maximus*.

Cap. 11. pagin. 227. ad finem, ibi, *Velim V. CL. Franciscum*, dele, *V. CL.* Et mox, post illud, *Franciscum Iunium*, dele vsque ad, *non sollicitare*, excluſ.

Cap. 13. pag. 232. in fine, ibi, *Mihi doctissimus, amicissimusq;*, dele, *doctissimus*, & dele, *què*.

Cap. 14. in fine, pag. 235. ante medium, ibi, *Quod enim Dominus Scaliger*, dele, *Dominus*.

Cap. 15. pagin. 236. initio, ibi, *D. Iunio in mentem*, dele, *D.* eod. cap. pag. 237. sub initium, ibi, *Verò Dominus Iunius*, dele, *Dominus*.

EX HYPOCRITICO Minutiano.

Epiſtola Ioannis Meurſij ad Iacobum Meurſium, cuius initium, *Thales, Pater Venerande*, tota expungatur.

Pag. 255. ante medium, poſt illud, *H. a. Verba ſ.* dele vsque ad, *Simile mendum*, excluſ.

EX APPENDICE SIVE Ex Excerptis exemplaris regij.

Epiſtola Ioannis Meurſij ad Petrum Scriuerium, cuius initium, *Impulerat pene, &c.* tota expungatur.

Deinde deleãtur carmina P. Scriuerij ad Ioannem Meurſium.

Lib. 3. ad pag. 110. lin. 22. in fine, ibi, *quod D. Scaligero placet*, dele, *D.*

Lib. 4. ad pag. 146. lin. 22. in fine, ibi, *Cenſet diuinus Scaliger*, dele, *diuinus*.

Lib. 5. ad pag. 156. lin. 18. ibi, *Inde magnus Scaliger*, dele, *magnus*.

Eod. lib. ad pag. 157. lin. 16. poſt illud, *Vt docuit me*, dele vsque ad, *Iosephus Scaliger*, excluſ.

ITEM DE GLORIA LIB. I.

EX *Eiusdem Ioannis Meursij de Gloria Libro vno, cum Auctario Philologico. Lugduni Batauorum, apud Andream Cloucquiũ, &c. anno* 1601.

In prima Operis inscriptione, post illud, *Ioannis Meursi*, adde, *Auctoris damnati*. Deinde post illud, *Auctario Philologico*, adde, *Vtrumque opus prohibitum, sed cum expurgatione permissum*.

Expungatur vtrumque carmen Græcum & Latinum Bon. Vvlcanij in Ioan. Meursij librum de Gloria, cũ inscriptione.

In alio Carmine Iacobi Gruteri, quod incipit, *Qui cauet aut legum*, dele sex vltimos versus.

Expungatur totum aliud Carmen H. Grotij cuius initium, *Quicunque segnes*, finis verò, *Tibi creditoris iure totam vindicas*.

Ex Auctario Philologico, cap. 2. p. 115. prope medium, ibi, *Vt docuit summus vir, Iosephus*, dele, *summus vir*.

Cap. 31. pag. 177. initio, ibi, *Henr. Stephanus, vir eruditissimus*, dele, *vir eruditissimus*.

IOANNIS OINOTOMI IN Quatuor Institutionum libros Commentarij.

EX *Ioannis Oinotomi in quatuor Institutionum Imperialium D. Iustiani libros, Commentarijs, &c. Lugduni, in officina Hugonis à Porta, & cætera* 1595.

In prima Operis inscriptione, post illud, *I. V. D.* dele vsque ad, *in quatuor Institutionum*, exclus. & in locum expunctorum substitue, *Auctoris damnati*. Et post illud, *& antinomia, editi*, adde, *prohibiti, cum expurgatione tamẽ permissi*.

In Rubrica Præfationis, pag. 3. nu. 8. expungatur titulus, *An donatio facta à Constantino*, &c. & deleantur etiam omnia, quæ sub eodem titulo continentur vsque ad titulum, *Quid continet tertia pars Rubricæ*, exclus.

Lib. 1. Titulo 8. *De his, qui sui vel alieni iuris sunt*, §. *Finalis*, pagina 25. numero 8. versus finem, post illud, *sine controuersia est*, dele vsque ad fin. numeri.

Eod. lib. Titulo 10. *de Nuptys*, alio Titulo, *De arbore affinitatis*, pag. 35. nu. 15. deleatur titulus, *In quibus gradibus ius diuinum*, &c. deleantur etiam omnia, quæ sub eodem titulo continentur, vsque ad titulum, *An super matrimonijs in gradibus*, &c. exclus. qui est pag. 36. num. 22.

Eisdem libro & Titulo, alio Titulo *De sponsalibus, Pars prima*, pagina 40. numero 23. Post illud, *Vt est gloss. in cap. 130. quæst. 5.* dele vsque ad titulum, *Quando concurrunt publica*, &c. exclus.

Ibidem, alio Titulo, *De Nuptijs licitis, Pars secunda*, pag. 44. nu. 4. post illud, *Vnus mas, & vna fœmina*, dele vsq; ad, *Polygamiam etiã de iure*, exclu.

Eodem Titulo, *De Nuptys licitis, Pars secunda*, pagin. 46. numero 29. expungatur Titulus *De* IIII. *Requisito, consensu scilicet parentum*. Item expungantur omnia, quæ sub eodem titulo, & quatuor sequentibus continentur vsque ad numerum 41. & Titulum, *An pater possit liberos inuitos*, &c. excluſiuè qui est pagina 49. sub initium.

Eod.

Eodem lib. 1. & Titulo 10. alio Titulo, *De diuortio, Pars quarta*, pag. 53. num. 23. §. *Quarta causa, propter quam*, &c. dele omnia ab initio huius §. vsq; ad §. *Additur & quinta causa diuortij*, &c. exclus. qui est pag. 55. nu. 37.

Ibidem pag. 56. num. 44. deleatur Titulus, *Vtrum innocenti & relictæ*, &c. deleantur quoq; omnia, quæ sub eodem titulo continentur, vsque ad Titulum, *Quamdiu sponsa debeat*, &c. exclus.

pag. 57. num. 46. post illud, *etiam malitiosè absentis*, dele vsq; ad titulum *An vxor teneatur sequi*, &c. exclus.

EX ANNOTATIONIBVS additis ad finem operis.

pag. 794. col. 1. in medio, expunge totum §. *Ead. lin. 29. ad verb. Clandestina, &c.*

pag. 796. col. 1. ad finem, §. *Ead. lin. 63. ad verb. perpetuo*, post illud, *Alex. in c. ex parte, de sponsalib.* dele vsq; ad finem, §.

Ead. pag. col. 2. ante medium, expũge totum §. *Pag. 55. lin. 37. ad verb. malitiosa, &c.* Ibid. ad finem col. dele totum §. *Pag. 56. lin. 5. ad verb. innocenti, &c.*

pag. 808. col. 2. à medio, §. *Ead. lin. 42. ad verb. cõsensus*, post illud, *Latam, ff. de orig. iuris*, dele vsque ad, *Vide tamen notata*, exclus.

IOANNIS OLDENDORPII IVRIS Naturalis, Gentium, & Ciuilis, εἰσαγωγή.

EX Iuris Naturalis, Gentium, & Ciuilis Isagoge, &c. per Ioannem Oldendorpium, &c. Antuerpiæ excudendũ curabat, Antonius Goinus, anno 1539.

In prima Operis inscriptione, post illud, *Per D. Ioannem Oldendorpium*, adde, *Auctorem damnatum: opus hactenus prohibitum, nunc verò cum expurgatione permissum.* Ibidem expungantur Carmina Ant. Goini in laudem operis, quæ incipiunt, *Tracta suauiter*, &c.

In Epist. Antonij Goini ad Hugonem, cui initium, *En tibi vir ornatissime*, post illud, *plagiarius videar*, dele vsq; ad, *I. Oldendorpius ex multis*, excl. Et mox, post illud, *Cui pariter adiunxit*, dele vsq; ad, *in diuini humanique iuris*, exclus.

Titulo, *Diuinæ Tabulæ X. Præceptorum*, in VII. Præcepto, *Furtum non facies*, §. *Rursus nonnulli sunt*, post illud, *tractat de aterna vita, & iustitia spiritus*, dele vsq; ad, *Interim non abolet*, exclus. Ibidem, paulò inferiùs, post illud, *hoc est Euangelij iustitia*, dele vsq; ad, *neque enim aliam dicimus*, exclusiuè.

In Interpretationibus ad Leges XII. Tabularum, cap. 3. pag. 11. §. *Quod autem ait Cicero*, post illud, *aliquam Diuinitatem donari*, dele vsque ad, §. *Horum autem hominum*, exclusiuè.

Cap. 4. Titulo, *Sacerdotes publicè libanto*, pagin. 18. §. *Hoc quippe*, post illud, *verbum libo. Lact. Lib.* I. dele vsque ad titulum, *Hoc certùs sacrificijs*, exclus.

Capitulo 8. titulo, *Ne quis fœtem cogito*, pagina 44. §. *Sic & hodie quidam*, dele totum §. vsque ad titulum, *Sacrum, sacroue commendatum*, exclusiuè.

In Regulis ex Legibus XII. Tabularum, Regula 26. quæ incipit, *Omnes ex æquo per fidem, &c.* tota deleatur.

ITEM ACTIONVM FORENSIVM Progymnasmata.

EX *eiusdem Ioannis Oldendorpij Actionum Forensium Progymnasmatis, &c. Interpretatione item complectente viuersi iuris cognitionem, &c. In Classes septē distincta, Frācofurti, ex officina Calcographica Nicolai Hoffmanni,* 1608.

In ptima Operis inscriptione, ibi, *Iurisc. Clarissimi*, dele, *Clarissimi*, & substitue, *Auctoris damnati*, Et paulò inferiùs, post illud, *septem distincta*, adde, *hactenus prohibita, nunc verò cum expurgatione permissa.*

Classe 4. Actione 9. in Argumento, Titulo, *Quid veniat in has actiones*, pag. 455. Numero VII. initio, post illud, *Pensionem soluendam*, dele vsque ad, *Soluenda est pensio finito*, exclusiuè.

Eadem Classe, Actione 26. pag. 592. Titulus, *Defensiones rei conuenti*, & omnia quæ sub hoc titulo continentur, expungantur, vsque ad titulum, *Intentio actoris in actione dotis*, exclus. qui est pag. 595. initio.

Classe 5. Actione 2. in Argumento, Titulo, *Cui, & aduersus quem detur*, num. V. pag. 657. §. *Turpes autem*, post illud, *satis adhuc explicatū*, dele vsque ad finem §.

Eadem Classe, Actione 4. Titulo, *Defensiones rei conuenti*, pagin. 675. §. *Praterea vt copiosam*, Numero XIII. post illud, §. *quoque, Constitut.* 5. dele vsq; ad, *Regulas autem & formam*, exclus.

In Tabula Actionum quotidianarum, &c. Titulo, *De sponsalibus*, pagin. 983. §. *Sponsalia de futuro*, dele totū §.

Titulo, *De Nuptijs*, ead. pag. 983. §. *Nuptiæ consistere*, &c. dele totum §.

IOANNIS POSSELII Galligraphia, &c.

EX *Calligraphia Oratoria linguæ Græcæ, &c. concinnata à Ioanne Posselio. Hanouiæ, Apud Claudium Marnium, & hæredes Ioan. Aubrij*, 1605.

In ipsa libri inscriptione, post illud à Ioanne Posselio, adde, *Auctor damnatus, liber hic cum expurgatione permissus.*

Deinde dele totam Præfationem, cui initiū est, *Vt antiquitus nihil eruditum.*

In Epistola ad Lectorem, cuius initium, *Etsi Operam & studium*, parum ab initio, post verba illa, *Omnibus satisfacere potest*, dele vsque ad, *quamquam enim Græcè* exclus. & ad finem post illa verba, *hunc igitur laborem*, dele vsque ad, *à me susceptum*, exclusiuè.

Dele etiam octo Epigrammata cū suis titulis, quæ incipiunt, Primum, *O fortunatos inuenes.* Secundū, *Splendida monstrat.* Tertium, *Quis narrare queat.* Quartum, *Verbis sensa animi.* Quintum, *Est tibi si Xenophon.* Sextum Græcè. Ὅσις καλλιγράφος. Septimum, *Christus, vt ad sedes.* Octauum, *Græcia Posselio.*

ITEM

ITEM APOPHTEGMATA, &c.

EX eiusdem Ioannis Possely Apophtegmatibus Græco-Latinis, Francofurti, Apud Zachariam Palthenium, 1565.

In ipso libri titulo, post illud, *Academiæ Rostochianæ*, dele vsq; ad, *editio prorsus noua*, exclus. & pro expunctis, repone, *Auctor damnatus, liber verò cum expurgatione permissus.*

Deinde dele totam Epistolã Zachariæ Palthenij, cui initium, *Duo iam præterfluxêre.*

Dele etiam totam Epistolam Rodolphi Goclenij, cui initium, *Tanta, Ornatissime Domine.*

IOANNIS RHELLICANI, ET ALIORVM in C. Iulij Cæsaris, &c.

EX Libro, cui inscripto est, C. Iulii Cæsaris, quæ extant ex nupera viri Docti acutissima recognitione, &c. *Francofurti apud Claudium Marnium, & hæredes Ioannis Aubry, 1606. cui accessere Ioannis Rhellicani, & aliorum in eiusdem C. Iulij Cæsaris Commentarius, Notæ, Annotationes, Commentarij.*

In Præfatione ad Lectorem, pag. 2. ad finem, ibi, *Hotomanno, Faerno, Fuluio, clarissimis viris.*] dele, *clarissimis viris.*

Pag. 3. eiusdem Præfationis, ad finem, post illud, *Cæsarianæ dictionis sequuntur iudicat etiam*, dele vsque ad, *Casaubonus*, exclus.

EX NOTIS ANNOTATIONIBUS, Commentarijs, Rhellicani, Glareani, & aliorum, &c.

In Præfatione Gothofredi Iungermani ad Lectorem, pag. 2. sub initium, post illud, *Ambos Viros si reuiuiscerent*, dele vsq; ad, *Operam quam Vterque laudabilem*, excl. & dele, *laudabilem.*

Pa. 3. eiusdem præfat. sub initium, ibi, *cum omnibus istius præstantiss. viris*, dele, *præstantiss. viri.*

In Annotationibus Io. Rhellicani, pagin. 1. in ipsa prima inscripsione, post illud, *Io. Rhellicani Tigurini*, adde, *Auctoris damnati, cum expurgatione permissæ.*

Lib. 1. de Bello Gallico, pag. 8. co. 1. in medio, num. 15. §. *Et regno occupato*, ibi, *Vt D. Ioachimus Vadianus*, dele, *D.* & post, *Vadianus*, dele vsque ad, *in suis super Melam*, exclus.

Pag. 22. col. 1. versus finem, nu. 89. §. *Agri Sequani.* ibi, *Magnus ille Erasmus*, dele, *Magnus ille.*

In lib. 4. de Bello Gallico, pagina 32. colu. 1. sub initum, numer. 222. §. *Insulam efficit Batauarum*, post illud, *Hollandi Vocantur, ex quibus*, dele vsq; ad, *Erasmus Roterodamus*, exclus.

In lib. 5. pag. 34. colum. 2. ad finem, num. 245. §. *Quam quibus in nostro*, ibi, *doctissimos Vadiani nostri*, dele, *doctiss.*

In lib. de Bello Alexandrino, pag. 81. colum. 1. ante medium, nu. 1059. §. *In Asiam recepit*, ibi, & *D. Ioachimum Vadianum*, dele, *D.*

In Annotationibus Ioannis Glandorpij, in lib. 6. de Bello Gallico, pag. 146. co. 1. ante med. n. 272. §. *Quod influit in Mosã*, ibi, *At Gerad. Nouio magus Vir doctiss.* dele, *Vir. doctissimus.*

Ex Annotationibus Ioachimi Camerarii in lib. 2. & 4. Cæsaris de Bello Gallico, &c. pag. 181. in inscriptione Annotationum, post illud, *Ioachimi Camerarij Pabepergensis*, adde, *Auctoris damnati.* Ibidem post illud, & III. *de Bello Ciuili*, adde, *permissæ.*

Præfatiuncula Iungermani ad Lectorem, cuius initium, *Ioachimus Camerarius*, deleatur.

EX FRANCISCI HOTOMANNI Notis renouatis in eundem Cæsarem.

Pag. 339. colu. 2. initio, §. *Tuti continentur*, ibi, *Stephanus vir longè doctissimus commodauit*, dele, *vir longè doctissimus.*

Pag. 340. co. 2. versus finem, §. *Sibi vnumquemque*, ibi, *Stephani eruditissimi viri*, dele, *eruditissimi viri.*

pag. 360. colum. 1. versus finem, §. *Glasto inficiunt*, ibi, *Fuchsium, & alios eruditos viros*, dele, *eruditos viros.*

Pa. 367. col. 1. ad med. §. *Rhenonum*, post illud, *auctoritate non audebam*, dele vsq; ad, *in ea permanendum existimaui*, exclus.

Pag. 372. col. 2. sub initium, §. *Muri Gallici forma*, post vocem *forma*, dele vsq; ad, *Muri Gallici speciem, primus, animaduertit eadem esse.* Et dele etiam, *primus animaduertit.*

Ex Notis Politicis Ioannis Brabantij, in eundem Cæsarem, pag. 432. col. 1. sub initium, §. 45. *Impedimentu, Castrisq.*, ibi, *vbi eruditissimus Isaacus*, dele, *eruditissimus.*

Pag. 444. col. 1. à medio, §. 33. *Aut eundem casum*, ibi, *Henr. Stephano viro docto*, dele, *viro docto.*

Pagina 471. columna 2. sub initium, §. 28. *Vt sine vtribus ad*, ibi, *Vide quæ doctissimus Casaubonus*, dele, *doctissimus.*

IOANNIS SCAPVLÆ LEXICON Græco-Latinum.

EX *Lexico Græco-Latino Ioannis Scapulæ, Aureliæ Allobrogum, apud Gabrielem Carterium*, 1609.

Post illa verba, *Ioannu Scapulæ*, adde, *Auctoris damnati.* & in fine inscriptionis, post illa verba, *Editio vltra præcedentes locupletata fuit*, adde, *opus cum expurgatione permissum.*

Ex Epist. ad Lectores Græcæ linguę studiosos, quæ incipit, *Duabus potissimùm de causis*, pag. 2. § *In hoc autẽ*, post illa verba, *At verò fateri*, dele vsq; ad, *me alienu ne plamis*, exc. Deinde post illud, *fateri non grauabor*, dele vsque ad, *Ea inde potissimùm de prompta* exclus.

Post Epistolam, dele septem integra Epigrammata sequentia in laudem Operis.

Fol. sequenti dele Epistolam, quæ inscribitur, *Amplissimis & magnificis, &c.* & incipit, *Non vos latet*, &c.

Pag. 1260. post medium, in §. πιστις, post illa verba, *fiduciam persuasionem*, dele vsq; ad, *Item quod fidem facit*, exclus.

Et paulò inferiùs, in § πιστεύω, post illa, verba, πεπιστευκω τεσαυτω, dele vsq; ad, *Item credo, concredo, &c.* exclusiuè.

Et paulò inferiùs in §. πιστὸς, colu. 1261. initio, post illa verba, *certo sperare, apud Thuc. lib. 1.* dele vsq; ad, *Item fidus fidelis*, exclus.

Pagina 1796. ad medium, dele totum §. Ευχαριστία, *grata beneficiorum, &c.*

IOAN.

IOANNIS SERRANI IN Platonis Opera, &c.

EX Ioannis Serrani versione, Argumentis, & Annotationibus, in Platonis Opera, Ex officina Henrici Stephani, 1578.

In ipsa inscriptione, post illa verba, *Ioānis Serrani*, adde, *Auctoris damnati*, post illa verò, *perspicuè indicatur*, adde, *opus Hactenus prohibitum, nunc verò cum expurgatione permissum.*

Tom. 1. dele totam Epistolam Dedicatoriam ad Elisabetham Angliæ Reginam, Operi præfixam.

In Præfatione ad Lectorem, pa. 3. §. *Augustum*, in illis verbis, *vix, ac ne vix quidem.*

Ead. Præfat. pag. 8. in fine, in illis verbis, *Ioannis Sturmij, V. Cl.* dele, *V. Cl.* & statim post illa, *patrocinium, qui*, dele vsq; ad illa, *defensionem de Platonis*, exclus.

Eadem pag. 14. ad medium, post illa verba, *Vltimus temporibus adhibetur*, dele vsque ad illa, *duos, quos hæc*, exclus. Et statim post illa, *Claudium Alberium*, dele vsq; ad illa, *oro, atque obtestor*, exclu.

Ead. Præfa. p. 15. post medium, post illa verba, *Henricum Stephanum*, dele vsque ad illa, *in hanc editionem*, exclusiuè.

Post Platonis Vitam fol. sequenti, dele omnia Epigrammata Græca & Latina.

In Argumento Dialogi, *Phædo*, pa. 56. ante medium, post illa verba, *dixit ex luce naturæ*, dele vsq; ad illa, *Ita duplicem esse viam*, exclus.

Ad finem eiusdem Dialogi, pag. 113. dele Annotationē marginalē, *Ethnici purgatorij descriptio.* Et subinde dele quinque notas marginales immediatè sequentes.

in Dialogo, *Sophistæ*, pag. 216. dele notam marginalem, *quemadmodum, & præclaris titulis, &c.*

In Argumento Dialogi, *Euthydemus*, pag. 269. §. *Iam verò*, post illa verba, *ex istis sermonibus apparet*, dele vsq; ad fin. §.

In eod. Dialogo, pag. 275. in Annotatione marginali, *Primaria disputationis*, post illa verba, *expedit Socrates*, dele vsq; ad illa, *captionis autem illius*, exclus.

Ibid. pag. 303. in Annotatione marginali, *Aliæ nugæ*, post illa verba, *ob oculos repræsentat*, dele vsque in finem Annotationis.

In Dialog. *Protagoras*, pag. 347. in Annotatione marginal. *Interseruntur* post illa verba, *atq; intercipitur*, dele vsq; ad finem Annotationis.

In Dialogo, *Hippias*, pagin. 364. in Annot. marginali, *Quæstio est*, post illa verba, *allisione conterantur*, dele vsq; ad finem Annotationis.

TOMO 2.

In principio dele totam Epistolā Dedicatoriam ad Iacobum Sextum Scotorum Regem.

In Argumento Dialogi, *Philebus*, pa. 6. §. *Iam verò*, post illa verba, *actionibus sunt in eruditi*, dele vsque ad illa, *quæ quidem in præfatione*, exclus.

TOMO 3.

In principio dele totam Epistol. Dedicatoriam ad Bernatū Rempubl.

In Argumento Dialogi, *Timæus*, p. 10. ante medium, post illa verba, *quibusdam notis designare*, dele vsque

ad illa, *est verò huiusmodi*, excl.

In Annotationibus positis ante eũdem Dialogum, nnm. 114. pag. 15. dele totam Annotationem, quæ incipit, *Verum est animum, &c.*

Ibidem num. 116, dele etiam totam Annotationem, cuius initium, *Verum est neminem, &c.*

In Eod. Dialogo, pag. 89. dele Annotationem margin. Συμμετρίας, illius &c.

In Argumento Dialogi, *Symposion*, pag. 169. ante medium, post illa verba, *deliriorum plaustra connectent*, dele vsque ad illa, *Iam verò descripta*, excluſ.

In Annotationibus eiusdem Ioannis Serrani, quibus suæ interpretationis rationẽ reddit, ad finem istius Tomi, pag. 1. col. 1. §. *P.* 18. post illa verba, *Stephanus in suo*, dele vsq; ad illud, *Thesauro*, excl.

Pag. 2. col. 1. §. *P.* 61. post illud, *dicẽdi annotatur*, dele vsque ad illud, *Thesauro Stephani*, excluſ.

Ibidem col. 2. in principio dele illa verba, *doctissimus interpres vertit.* Pagin. 4. colum. 1. §. *P.* 143. post illud *verba in suo*, dele vsque ad illud, *Thesauro*, excl.

IOANNIS SLEIDANI IN PHILIPPVM Cominæum, Frossardum, & Claudium Sesellium, &c.

EX libro cui inscriptio est, *Tres Gallicarum rerum scriptores nobilissimi, Philippus Cominæus de rebus gestis à Ludouico XI. & Carolo VIII. Frossardus in breuem Historiarum memorabilium Epitomen. Claudius Sesellius de Republica Galliæ, & Regum officijs à Ioanne Sleidano è Gallico in Latinum sermonem conuersi, breuique explicatione illustrati Francofurti, ex officina Andreæ Vvecheli, 1578.*

In prima libri facie, post illud, *explicatione illustrati*, adde, *Sleidanus Auctor damnatus hic tamen liber cum expurgatione permissus.*

Deleatur deinde tota præfatio Ioãnis Sleidani, quæ incipit, *De laudibus Historiæ multi.*

In alia præfatione eiusdem Sleidani, ante Historiam Claudij Sesellij, de Republica Galliæ, &c. pagin. 263. parum à medio, post verba illa, *detinerentur hominum mentes*, dele vsque ad *atque his ergo de causis*, exclusiuè. pag. seq.

Deleatur tota Epistola ipsius Sleidani ante summam doctrinæ Platonis, de Repub. & legibus, pag. 301. incipit verò Epistola, *Quanta sit vis ingenij.*

IOANNIS VELCVRIONIS, ALIAS VeltKirchij, in Titum Liuium Annotationes.

EX *Ioannis Velcurionis*, aliàs, *VeltKirchij Annotationibus, in Titum Liuium*, quæ circumferũtur cum Annotationibus in eundem Liuium Beati Rhenani, & Sigismundi Gelenij, *Apud Sebastianum Gryphium, Lugduni, 1555.*

Pag. 183. vbi est ipsa Annotationum inscriptio, post illa verba, *Ioannis Velcurionis*, adde, *Auctoris damnati*, post

post illud verò, *Annotationes*, adde, *Hactenus prohibitæ, nunc verò cum expurgatione permissæ.*

In Argumento lib. 1. pag. 184. ad finem, post illa verba, *& confecta sub*, dele vsque ad illa, *Cæsaribus Germanis*, exclus.

Titulo, *de Lucio Floro*, pag. 186. ante medium, post illa verba, *in ætatem quintam*, dele vsque ad illa, *Hæc enim est*, exclus.

Titulo, *Paraphrasis præfationis*, pag. 193. ante medium, illis verbis, *sed à diis immortalib. precari*, dele voces, *diis immortalibus*, & repone, *Deo immortali.*

Titulo, *Leges Romuli, §. Quinta lex*, pag. 211. post illa verba, *immunis locus*, dele vsque ad finem §.

Titulo, *Leges & instituta L. Tarquini Superbi*, pag. 272. §. *Decimumtertium*, post illa verba, *per omnes Cæsares*, dele vsque ad illud, *duravit.*

Lib. 2. pag. 333. ad finem §. *Decimosexto*, post illa verba, *nugæ seria ducũt*, dele vsque ad illa, *dissimulare enim verum*, exclus.

IOANNIS VVEGELINI IN ANONYMI Christiani Hypomnemata.

EX Anonymi Christiani Philosophi libro de Virtute, è Græco edito, Latinitate donato, & Hypomnematis illustrato, à Iohanne Vvegelino Augustano, Augustæ Vindelicorum, apud Iohannem Prætorium, 1604.

In prima Operis inscriptione, post illud, *Vvegelino Augustano*, adde, *Auctore damnato, opus prohibitum sed cum correctione permissum.*

EX HYPOMNEMATIS Iohannis Vvegelini.

In cap. 1. §. Καὶ πίστις, pag. 126. ad medium, post illud, *hoc est operum inanem*, dele omnia vsque ad finem §. nempe vsque ad §, Ἡ τοῦ ἀνθρώπου, exclus.

In idem caput, §. Ἡδὲ ἀνωτέρας, ad finem §. pag. 138, initio, post illud, *Conditione subsistat*, dele vsque ad finem §. nempe, vsque ad §. Λογικὴν, exclus.

In idem cap. §. Καὶ ἀντεξουσίος, pag. 141. sub initio, ibi, *ante regenerationem in externis tantùm, naturalibus*, dele *externis tantùm.* Et mox post illud. *naturalibus, & ciuilibus*, dele vsque ad, *Potest enim recta ratio*, exclus.

Et paulò inferiùs, à medio eiusdem, pag. post illud *arbitrium eo priuatum*, dele vsque ad, *nec quicquam nisi*, exclus.

Eodem §. pag. 142. ante medium, post illud, *Confirmat autem hoc quoque*, dele vsque ad, *Auctor Hypognosticorum*, exclus.

Eodem §. pag. 143. sub initium, post illud, *expedit operari. Quæ ille*, dele vsque ad, *testatur etiam S. Augustin.* exclus.

In cap. 19. §. Ἐγὼ δικαιοσύνη, pag. 393. à medio, post illud, *Thomas 2. 2. quæst. 58. ad 1.* dele vsque ad *probè explicant*, exclus. & pro, *explicant*, rescribe, *explicat.*

In cap. 20. §. Μὴ γένου. pag. 408. ad finem post illud, *Ecclesiastis C. 7. V. 16.* dele vsque ad, *Pertinet verò huc*, exclus.

In cap. 38. pag. 588. ad mediũ, post illud, *Voluptasque consequitur*, dele vsque ad, *Porrò de numero affectuum*, exclus. Ibidem dele notam marginis, *Melanchthon.*

In idem cap. pag. 591. ante mediũ,

post illud, *rationem explicat*, dele vsque ad, *Sed in tanta auctorum*, exclusiuè. Ibidem, expunge notam marginis, *Melanchthon.*

EX INDICE DELE

Fides historica quæ.

Liberum arbitrium quod ad spiritualia] dele, *quin & amissum est.*

Liberum arbitrium ante conuersionem, &c.

IOANNIS VVOLPHII IN Æneam Gazæum, &c.

EX Ioannis Vvolphij Tigurini versione Dialogi Æneæ Gazæi de Animarum immortalitate, & corporum resurrectione, per Andræam Gesnerum, F. anno 1559.

In prima Operis inscriptione post illud, *Vvolphio Tigurino interprete*, adde, *Vvolphius Auctor damnatus, liber cum expurgatione permissus.*

Post inscriptionem, pag. 3. in Epistola Ioannis Vvolphij, quæ incipit, *Aliàs me rescribere*, sub initium post illud, *tamen & illi viro*, dele vsq; ad, *& vobis viris clarissimis*, excl. Et inferiùs, ad medium eiusdem pag. post illud, *potuissem præstitisse*, dele vsque ad, *Sin aliquod seu ignorantia*, exclus.

IOANNIS ZANGERI DE Exceptionibus.

EX Tractatu de Exceptionibus Ioannis Zangeri, Vvitebergæ, Typis Zachariæ Lehmanni, anno 1593.

In prima Operis inscriptione, post illud, *Professoris publici*, adde *Auctoris damnati: opus prohibitum, cum expurgatione tamen permissum.*

In præfatione, cuius initium, *Reipublicæ verum & firmum*, pag. 8. sub initium, post illud, *Comitia illa Torgæ istituit*, dele vsque ad, *Cateri qui de his non cogitant*, exclus.

Secunda parte cap. 1. §. *Secundo Reus*, pag. 61. initio §. ibi, *Reus etiam clericus obnoxius*, dele, *etiam clericus.* Ibidem paulò inferiùs, num. 42. post illud, 33. *de for. compet.* dele vsque ad, *Contractus autem in hoc*, exclus.

Eod. cap. §. *Tertiò sortitur*, pag. 85. num. 87. post illud, *Decian. in d. cons.* 81. *num.* 2. dele vsque ad, *Aufrer. in rep. Clem.* 1. exclus.

Eod. cap. §. *Septimò fundatur iurisdictio*, pag. 133. num. 146. post illud, *dist.* 11. *iud. num.* 8. *&* 14. dele vsque ad fin. §.

Tertia parte, cap. 1. §. *Secundus gradus est, in eo.* pag. 308. num. 106. post illud. § *fin. D. de solut.* dele vsque ad, *Corollarij loco hic*, exclus.

IOSEPHI SCALIGERI DE Emendatione Temporum.

EX Iosephi Scaligeri Opere de Emendationibus Temporum, recentioris, & auctioris Editionis, Lugduni Batauorum per Franciscum Raphelengium, anno 1598.

In prima Operis inscriptione, post illud, *Iosephi Scaligeri*, adde, *Auctoris damnati.* Et post illud, *Videri possit*, adde, *prohibitum, cum expurgatione tamen permissum.* Et paulò inferiùs,

r iùs, post illud, *NOTIS eiusdem Scaligeri*, adde, *similiter prohibitis, sed cum expurgatione permissis.* Ibidem expungantur quatuor versus Græci, qui immediatè sequuntur.

Pag. 2. post inscriptionẽ Operis, post Græca Polybij verba, dele illa Latina, *Ita de nobis cum Deo speramus.*

In Epistola Dedicatoria ad Achillem Harlæum in fine, post illud, *nonagesimo octauo*, dele vsque ad finem.

Et post Epistolam Dedicatoriam dele omnia Carmina Latina, & Græca, vsque ad initium Prolegomenorum, exclus.

In Prolegomenis, pag. 4. ante medium, post illud, *primùm proditus*, dele vsque ad, *Quid enim est*, exclus. Ibidem à medio, ibi, *etiam per necessaria neomeniarum*, dele, *perneccssaria.* Et paulò inferiùs, post illud, *Harpali & Eudoxi*, dele vsque ad, *Eudoxea Octaeteris*, exclus.

Pag. 8. à medio, post illud, *nisi ex forma, quam edidimus*, dele vsque ad, *Annus tam noster*, exclus. Ibid. versus finem, ibi, *hallucinati sint omnes*, pro, *omnes*, scribe, *quidam.* Et mox, post illud, *originem rei repetunt*, dele vsque ad, *Qui intra sæculum*, exclus.

Pag. 15. sub finem, ibi, post illud, *Iuliano ineunte*, dele vsque ad, *Itaque diligentissimus*, exclus.

Pag. 21. versus finem, post illud, *patres crediderunt*, dele vsque ad, *anno solido*, exclus.

Pag. 24. in med. post illud, δευτερόπωτον, *explicamus*, dele vsque ad, *Omnes igitur*, exclus.

Ibidem versus finem, ibi, *quas imperiti negant*, dele, *imperiti.*

Pag. 25. sub initium, post illud, *contra illos faciant*, dele vsque ad, *Verba Euangelistarum*, exclus.

Pag. 26. post initium, post illud, *Exodi XII. 21.* dele vsque ad, *Si quinta decima Nisan*, exclus.

Pag. 27. ad medium, post illud *erat immolare*, dele vsque ad, *Nos verò & hic*, excl. Et mox ibi, *huic stultæ interpretationi*, dele, *stultæ.*

Pag. 40. versus finem, post illud, *æstuabit, quantum*, dele vsque ad, *in suo Astyage*, exclus.

Pagin. 43. post initium, post illud, *Mysterij expositionem*, dele vsque ad, *Quodnam mysterium*, exclus.

Ibid. in medio, ibi *omissa illa asinina*, dele, *asinina*, Et versus finem, post illud, *An hæc negabunt?* dele vsque ad, *Nobis verò satis*, exclus.

Pag. 46. in fine, ibi, *Chronicon absolutissimum*, dele, *absolutissimum.*

Pag. vlt. in medio, post illud, *animaduerterere potest*, dele vsque ad, *Vale candide*, exclus.

LIB. I.

Pag. 2. D. in fine, post illud, *Exodi Hebræorum*, dele vsque ad, *Ecce trita, obuia*, exclus.

Pag. 20. B. ad medium, post illud, *natalis Christi*, dele vsque ad, *item ab anno decimo*, exclus.

Pag. 22. B. ante medium, post illud, *annus iste qui*, dele vsque ad, *putatur* 1594. exclus.

LIB. 2.

Cap. *De Anno Arabico*, pag. 115. A. sub initium. ibi, *quos ineptissimè omnes*, dele, *ineptissimè.*

Cap. de *Cyclo Tessares Kædecatitarum*, pag. 144. C. totum initium capitis, vsque ad illud, *sub Commodo ij*, exclus. deleatur.

Cap. *De Cyclo Paschali Alexandrinorum*, pag. 149. A. sub initium, post illud, *Alexandrino antistiti*, dele vsque ad, *vt luculentissimè*, exclus.

Cap. *De Cyclo Paschali occidentaliũ, &c.* pag. 150. B. totum initium capitis

deleatur vsque ad illud, *In omnibus igitur conueniebat*, exclus.

Cap. *De Periodis Paschalibus Theophili, &c.* pag. 151. C. post medium, ibi, *Vestigia sequebantur*, reſcribe, *Vestigia se sequi asserebant.*

In fine eiusdem cap. pag. 156. C. à medio, post illud, *Cycli Christiani*, dele vsque ad, *Porrò periodus* excl.

Cap. *De falso Cyclo Paschali*, pagin. 159. A. sub initium, ibi, *fuisse hanc ridiculam*, dele, *ridiculam.*

LIB. 4.

Cap. *De Anno Proemptoseos, &c.* ad finem, pag. 258. C. ad finem, post illud, *Iulianæ putantur*, dele vspue ad, *Subiiciam igitur Tabulam*, exclus.

Cap. *De emendatione periodorum Lunarium* pag. 305. D. in fine, post illud, *anni ciuilis castigata*, dele vsque ad illud, pag. seq. C. in medio, *Non memini de hac re*, excl.

Cap. *de emendatione Cycli Paschalis*, pag. 313. A initio, post illud, *Iulianas nanciscamur*, dele vsque ad Titulum, *Tabula Nouiluniorum*, exclus.

LIB. 5.

Cap. *de Epocha Iudaica artificiali*, pagin. 340. C. in medio, post illud, *Rabbi Adda*, dele vsque ad, *Quemadmodum autem*, excl.

Cap. *De Epocha artificiali*, pag. 342. A. sub initium, post illud, *alius lunaris*, dele vsque ad, *Nouilunium Paschale*, exclus.

Eodē cap. in fine, pag. 343. C. à medio, post illud, *AEram à casu Adami*, dele vsque ad finem capitis.

Cap. *De Cōditu mundi*, pag. 344. A. sub initium, ibi, *imperitè Chinas vocant*, dele, *imperitè.*

Eod. cap. pag. 345. B. in medio, ibi, *quibus nulla pudor fuit*, reſcribe, *quibus visum fuit.* Et mox, ibi, *quem stuporem*, reſcribe, *quem numerum.*

Cap. *De anno Alexandreo Iudæorum*, in fine, pag. 404. D. ad finem, post illud, *Commenti sunt*, dele vsque ad finem cap.

Cap. *De primo anno Chaldæorum*, pag. 406. B. ante medium, post illud, *Quis Oedipus hæc soluerit?* dele vsque ad, *Nam de superioribus*, exclus. Et mox post illud, *locis facile*, dele vsque ad, *Vt dicamus*, exclus. Et statim post illud, *Nisan antecedenti*, dele vsque ad, *Nam prius volumen* exclus. Et paulò inferiùs, C. à medio post illud, *mendosissima vtuntur*, dele vsque ad, *Anno Nabonassari*, exclus.

Cap. *De initio Cæsaris Augusti*, pag. 417. B. à medio, ibi, *Deinde duo*, dele, *duo.* Et mox ibi, *sæculi lumina*, pro *lumina*, scribe, *lumen.*

Cap. *de initio Herodis magni*, pag. 423. C. à medio, ibi, *Hæc accurate à nobis*, dele *accuratè.*

Cap. *De excessu Herodis*, pag. 435. A sub initium, post illud, *sex autem legitimè*, dele vsque ad, *non tam miror*, exclus.

LIB. 6.

Pag. 498. B ante medium, ibi, *tolerabilior monachus*, pro, *monachus*, scribi, *Annius.*

Pag. 503. D. ad finem, post illud, *non à medicina*, dele omnia vsque ad illud, pag. seq. C. post medium. *Simile est quod ex Luca idem Eusebius*, exclus.

Cap. *De anno Natalis Domini*, pag. 508. A. initio, post illud. *in literas retulerunt*, dele vsque ad illud pagin. 510. B. in medio, *De anno autem ita censuerunt*, exclus.

Eod. cap. pag. 511. C. à medio, post illud, *nisi error sit librarij*, dele vsq. ad illud pag. seq. initio, *Tres igitur sectæ*, exclus. Et mox ibi, *Auctore mendosissima*, dele *mendosissima.* Et ibi, *prima & verissima*, dele, *& verissima.*

Eodem

Eodem cap. pag. 513. B. ante medium, post illud, *tantùm* 1597, dele vsque ad, *Sed inquiunt alij*, exclus.

Eodem cap. pagin. 514. A sub initium, post illud, *apud Epiphanium*, dele vsque ad, *A nato igitur Christo*, exclus.

Cap. *Primum Pascha*, Titulo, *Tempus primæ Azymorum*, pag. 518. C. in medio, post illud, *Annus Iulianus* LXXIIII. dele vsque ad, *Computi hodierni*, exclus.

Cap. *Secundũ Pascha*, Titulo, *Tẽpus primæ Azymorũ*, pag. 520, post mediũ, post illud. *Annus Iulianus* LXXV. dele vsque ad, *Computi hodierni*, exclus.

Cap. *Tertium Pascha*, Titulo, *Tempus primæ Azymorum*, pag. 522. C. à medio, post illud, *Annus Iulianus* LXXVI. dele vsque ad, *Computi hodierni*, exclus.

Cap. *Quartum Pascha*, Titulo, *Tempus primæ Azymorum*, pag. 524. C. à med. post illud, *Annus Iulianus* LXXVII. dele vsque ad, *Computi Dionysiani*, exclus.

Cap. *Quintum Pascha*, Titulo, *Tempus primæ Azymorum*, pag. 526. A. initio, post illud, *Annus Iulianus* LXXVIII. dele vsq, ad, *Computi Dionysiani*, exclus.

Cap. *Veterum Velitationes*, *&c.* pag. 528. D. in fine, post illud, *Vt lector animaduerteret*, vsq. ad, *quia veram epocham*, exclus.

Cap. *Residua passionis Dominicæ*, 537. C. à medio, ibi, *non obstrinxit se*, pro *obstrinxit*, scribe, *aptauit*, Et mox post illud, *simillima sunt* ? dele vsque ad, *Sexcentis argumentis*, exclus.

Cap. *Reliquum Danielis de Temporibus Antiochi*, *&c.* pag. 548. C. versus finem, post illud, *Danielis allucent*, dele vsque ad finem Cap. & pag,

Cap. *De Hebdomadibus Danielis*, pag. 555. A. post initium, ibi, *ab otioso monacho*, dele, *monacho*,

LIB. 7.

Cap. *Annotationes in Computum Iudaicum*, p. 612. B. ad mediũ, ibi, *dedit Vir eruditissimus.*

Pag. 613. A. sub initium, §. *Et obsignatam Visionem*, post illud, *pollutum templum*, dele vsque ad, *auctor libri præstantissimi*, exclus.

Ad finem earum Annotationum, pag 615. §, *Exilium Franciæ*, post illud, *nihil perfectiùs in eo genere*, dele vsque ad finem pag. & Annotationum.

Cap. *Catholica Temporum*, pag. 735. C. à medio, post illud, *à conditu rerum*, dele vsque ad, *ad annum primum Dionysy*, exclus. Et paulò inferiùs post illud, *à nato Messia*, dele vsque ad, *incipiet secundum Dionysium*, exclus.

Cap. eod. pag. 736. C. vers. finem, post illud, *in Chaldæa*, dele, vsque ad, *sine Vlla Republica*, excl.

IN NOMENCLATORE Auctorum.

Dionisij Areopagitæ nomine Libri, dele, *nomine.*

Dionysius Exiguus, *&c*, *errores*, dele, *errores.*

IN INDICE RERVM, DELE,

Iudæi merito Christianis, *&c*,

EX NOTIS AD FRAGmenta Berosi.

Pag. XXIV. vers. finem, ibi, *Vt notat eruditissimus*, dele, *eruditissimus.*

IN CHARACTERIBVS Temporum.

Pag. XLIX. ad medium, post illud, *Veteres Odorati sunt*, dele vsque ad, *Sed de hoc*, exclus.

Pagi. LIII. ante medium, post illud, *credidit iure merito*, dele vsque ad, Titulum pag. seq. *In Appendice addendum*, exclus.

ITEM IN EVSEBII CESARIENSIS Thesaurum Temporum, &c.

EX *Iosephi Iusti Scaligeri Notis, & Castigationibus in Chronica Eusebij Cesariensis, atque ex eiusdem Scaligeri Isagogicorum Chronologiæ Canonum Libris tribus, Lugduni Batauorum, apud Thomam Basson* 1606.

In ipsa prima Operis inscriptione, post illud, *Iosephi Iusti Scaligeri*, adde, *Auctoris damnati*. Et paulò inferiùs, post illud, *& Græca Eusebij*, adde, *prohibitæ quidem, sed cum expurgatione permissæ*. Et post illud, *de temporibus admodum necessary*, dele, *admodum necessary*, & adde, *prohibiti quidem, sed cum expurgatione permissi*.

Pag.3. post Inscriptionem Operis, ad finem, ibi, *Ex Bibliotheca V.C.* dele, *V.C.*

In Prolegomenis pag.3. ante medium, post illud, *in altero Kainan.* expunge vsque ad illud, *Hoc igitur*, excluſiuè, & ibi: *Hoc igitur insititio Kainan*, dele, *insititio*, & paulo post, ibi, *est ille Kainan, vt certè est*, dele, *vt certè est*, & mox post illud, *Sed quia*, dele vsque ad, *sciret neque in*, excluſ. & ſtatim, ibi, *Consensui veterum*, dele iſtud, & reſcribe, *ijs.* & inferiùs post mediũ, post illud, *quam ipsi Septuaginta*, dele vsque ad, *annos Patriarcharum*, excluſ.

Pag.13. initio, post illud, *Iosephus* 618. 19. dele vsque ad, *Rursus ex præpostera*, excluſ.

Pag. 24. in fine, ibi, *beneficio viri numquam satis laudati*, dele, *viri numquam satis laudati.*

Pag.25. initio ibi, *quem modò nominaui, præstantissimi viri*, dele, *præstantissimi viri.*

Ibidem, post illud, *sero accepissemus*, dele omnia vsque ad illud, *Itaque quum desperandum*, excluſ.

Post Prolegomena, ſtatim, deleantur omnia Carmina, Panegyrici, Epigrammata, cum Titulis, per duodecim integras paginas, vsque ad inſcriptionem, *Eusebij Pamphili, &c.* excluſ.

EX ANIMADVERSIONIBUS in Chronologica Eusebij.

Pag.5. colum.2. ante medium, post illud, *notatus ex dono*, dele vsque ad illud, *Marquardi Freheri*, excluſ.

Pag.8. colum.2. post medium, ibi, *scribebat Hieronymus, anno verò Christi CCCLXXXI. Eusebiano, &c.* dele, *verò, & CCCLXXXI.*

Pag.14. colum.1. ad finem, post illud, *& Corn. Tacitus admonuerunt*, dele omnia vsque ad illud initio ſequẽtis columnæ, *Quid facient, quum tot*, excluſ.

Pag.19. colum.1. initio, post illud, *prælia*, dele vsque ad, *ibidem Reges Aegyptiorum Pastores, Iosephus in Appionem*, excluſ.

Pag.53. col.1. ante medium, ibi, *vt putauit vir eruditus*, dele, *vir eruditus.*

Pag.64. col.1. ad finem, post illud, *ne odoratus quidem erat*, dele omnia vsque ad illud col. ſequentis, *ibi. Aeschyli*, excluſ.

Pag.70. colum.2. ad medium, ibi, *Mirum doctissimum interpretem*, dele, *doctissimum.*

Pag.72. colum.2. post initium, ibi, *quomodo eruditissimus interpres*, dele, *eruditissimus.* Et paulò inferiùs, post illud, *pro* אִיסְמוֹנָא dele vsque ad illud, *MCCCVII. Nicomedia*, excluſ.

Pag.80. col.1. §. *M. CCCCVIII.* ibi, *nihil quæ docto interpreti*, dele, *docto interpreti.*

Pag. 85. colum.2. parum à medio, post

post illud, *De emendatione temporum*, dele vsque ad, *M.CCCCXXXV. Isthmia*, exclus.

Pag. 87. colum. 1. ad medium, post illud, *patris Nabuchodonosori*, dele vsque ad, *MCCCCLIX. Chilo.* exclusiuè.

Pag. 99. colum. 1. post medium, ibi, *Ex Apochryphis duo Ecclesiastici*, dele, *Ex Apochryphis.*

Pag. 124. col. 1. ad medium, post illud, *postremo ediderunt*, dele vsque ad, *institutum solemni*, exclus.

Pag. 126. col. 2. ad medium, post illud, *Quem vocant Panareton*, dele vsque ad, *vt dubium non sit*, exclus.

Ibidem, post medium, ibi, *Commate 3. corriges*, dele, *corriges*, & paulò post dele illud, *Pessimè*, & ad finem colum. post illud, *vt in Psalmis*, dele vsque ad illud sequentis columnæ, *MDCC. XCIX. XL. ferme millia*, exclus.

Pag. 131. col. 2. à medio, post illud, *Maccabaicæ, VI. 2.* dele vsq; ad, *ibidem ipsis Samaritanus*, exclus.

Pag. 150. col. 2. ante medium, post illud, *non qui generatus est*, dele vsque ad, *Deinde illud*, exclus.

Fol. sequenti post inscriptionem, dele Epistolam ad Typographos, quæ incipit, *Quem tanta hodie, &c.*

Lib. 4. de *Medendis morbis*, cap. 12. pag. 211. ante medium, post illa verba, *pestilentiæ primum obtinere locum*, dele vsque ad illa, *quid multa?* exclusiuè.

Ibidem dele notam marginalem, *Aduersus quosdam, &c.*

Lib. 1. *Paradoxorum medicinæ*, cap. 29. pag. 338. à medio, post illa verba, *ductum valere interdum*, dele vsque ad illa, *Pari ratione & in aliis*, exclusiuè.

Lib. 2. Paradoxorum, cap. 1. pag. 365. prope medium, post illa verba, *vt putredo in febribus*, dele vsque ad illa, *imitati sunt omnes*, excluſ.

Lib. 3. cap. 13. pag. 435. post illa verba, *officina accepimus Roterodamus*, & post vocem, *Roterodamus*, dele vsque ad, *ita restituit*, excl.

Eiusdem Leonardi Fuchsij Opera seu Tractatus aliarum editionum, quæ sunt, vel fuerint correcta ad præscriptum Expurgatorij, Illustrissimi Cardinalis Gasparis à Quiroga, vel Magistri Sacri Palatij, permittuntur.

LEONHARTI KRENTZHEIM Obseruationes Chronologicæ.

EX Leonharti Krentzheim Iphofij Franci Obseruationibus Chronologicis, Lignicij, per Nicolaum Sartorium anno 1606.

In prima Operis inscriptione, post illud, *Iphofij Franci*, adde, *Auctoris damnati.* Et inferiùs post vocem, *OPVS*, dele vsque ad, *PVBLICATVM*, & in locum expunctorum, repone, *quidem prohibitum, sed cum expurgatione permissum.*

Præfatio ad Lectorem, quæ incipit, *Postquam commentarius, &c.* & Epigrammata omnia, quæ sequuntur in laudem Auctoris, & Operis, deleantur.

LIBRO 1.

Cap. 1. pag. 9. §. *Est etiam in manibus*, ad fin. ibi, *idque ex errore Septuaginta Interpretum*, pro, *errore*, scribe, *editione.*

Post Synopsim Chronologicam, pag. 13. ad finem, post illud, *aliquot supputationes cum meis conferam*, dele omnia cum Notis etiam maginalibus, vsque ad illud pag. 15. sub initiũ, *Eadem ratio est Funcciana*, excluſ.

Et pag. 15. §. *Eadem ratio est Funcciana*, ibi, *Est igitur & M. Funcij numerus*, dele, *M.* Ibidem §. *Theodorus Bibliander*, post vocem, *Bibliander*, dele vsque ad, *refert Natalem*, exclusiuè.

Ibid. num. 4. ad finem, ibi, *in numeris D. Bibliandri*, dele, *D.*

pag. 17. ante medium totus §. *Contexuit etiam*, expungatur cum nota marg. vsque ad, *MATTHAEVS BEROALDVS edidit*, excl.

pag.20.§.*D. Henricus Pantaleon*, dele, *D.*

pag.21.§.*Abrahamus Bucholcerus*, initio, post illud, *συγχρονολογος*, dele vsq; ad, *quo multis annis*, exclus.

Pag.eadem, §.*Georgius Nigrinus*, ibi, *& neruosissimè euincit*. dele, *neruosissimè*, & in fine §.ibi, *qua Dn. Bucholcerus*, dele, *Dn.*

Pagin.21.§.*D. Dauid Chytræus*, dele, *D.* etiam in marginali Nota.

pagin.23.§.*Paulus Aſphe*, in medio post illud, *Metasthenem & Philonem*, dele vsque ad, *Tempori Monarchiæ*, exclus.

Pag.25.in Synopsi Chronologica, omnes illæ supputationes annorum ab orbe condito ad natum Christum quæ continentur literis, N. & O. & T. cum titulis deleantur. Et litera P. in titulo, ibi, *M. Ioannes Funccius*, deleatur, *M.*

pag.26.col.1.ad finem, Aa.ibi, *Eadem ratione Dominus*, dele, *Dominus*, & colum.2.initio, Dd.ibi, *D. Dauid*, dele, *D.*

Cap.6.§.3.pagin.34. post initium, post illud, *Euangelicæ Veritatis auctoritatem*, dele parentheſin vsque ad, *genealogiæ Christi inferendum*, exclus. Et paulò inferiùs, post illud, *ipse internouit annos 265.* dele omnia vsque ad finem §.

Cap.11.§.5.pa.46.post initum, post illud, *Vnde colligitur summa ann. 451.* dele omnia vsque ad, *Addam autem meam quoque*, excl.

Cap.eodem §.11.nu,4.pag.49.ante medium, post illud, *Laurentius Codomannus*, dele vsque ad, *Si enim ab exitu*, excl. Et inferius, ante finem, post illud, *sed fallitur sua opinione*, deleatur vsque ad, *Et si enim Verum est*, exclusiuè.

Cap.14.§.2.pagin.53.à medio, post illud, *rectè numerentur*, dele vsque ad, *Ioannes Funccius primus docuit*, exclusiuè.

Ibidem pa.54. post initium, ibi, *Eusebio, M. Funccio*, dele, *M.*

Cap.eodem §.3.pag.54.ad mediũ, post illud, *cum annis ætatis Christi*, dele vsque ad, *Verum etiam hæc Eusebij de Iubilæis*, excl. Et ad finem pag. & cap. post illud, *Baptismus Christi in ann.* 4000. dele vsque ad, *Non dubito gratissimum*, excl.

Cap.19.§.3.pag.61.ad medium, ibi, *M. Ioannes Funccius*, dele, *M.*

Ibidem §.4.initio post illud, *Nos igitur*, dele vsque ad, *annos 40. numerandos*, excl.

Cap.22.§.1.pag.65.versus finem, post illud, *Pantaleon 450.* dele vsque ad, *Philo. & Guil.* excl. Et mox post, *Marinus Scotus*, dele vsque ad, *Chythræus*, exclus. Et mox post, *Clemens Schubertus 427.* dele vsque ad, *Ioann. Funccius*, excl.

Cap.eodem §.7.pag.73. ibi, *inter Dn. Bucholceri*, dele, *Dn.*

Cap.eodem §.9.pagin.74.post medium, ibi, *M. Bartol. Schultetus*, dele, *M.* & mox ibi, *Astronomus doctissimus*, dele, *doctissimus.*

Ibidem §.11.pag.76.ad finem, ibi, *D. Lutherus*, dele, *D.*

Et pagid.77.sub initium, post illud, *supputationem nihil pertinet*, dele vsque ad finem §.

Eodem cap.§.14.pagin.79. initio, post illud, *in libris Regum & Paralipõ.* dele vsque ad, *Henricus Pantaleon colligit.* excl.

Ibidem pag.80.in medio, post illud *mihi non liquet*, dele vsque ad, *Hæc suppositionis diuersitas*, excl.

Cap.26.§.2.pag.83.ad finem, post illud, *Lyra Funccius*, dele vsque ad, *& multi alij*, excl.

Cap.27.§.pag.88.à medio, post illud, *& pietatis excellentis, Vt ostendimus*, dele vsque ad, *secundus annus accipiendus*, excl.

LIB. 2.

Cap. 2. §. 6. pag. 100. ante medium, ibi, *M. Barthol. Schultetus*, dele, *M.*

LIB. 4.

Cap. 3. §. 1. pag. 175. initio, post illud, *Historia Iudithæ*, dele vsque ad, *Veram enim historiam esse*, exclus.

SECVNDA CLASSIS.

LAVRENTII ABSTEMII Fabulæ.

EX Laurentij Abstemij Fabulis, quæ cum Mythologia Æsopica, cum Notis Isaaci Nicolai circunferuntur, Francofurti, typis Nicolai Hoffmanni, &c. 1610.

Pag. 542. expungatur tota Fabula 19. De Nautis Sanctorum auxilium implorantibus, cuius initium, *Nauta quidam.*

Pag. 544. deleatur tota Fabula 23. De viro, qui ad Cardinalem nuper creatum gratulandi causa accessit, cuius initium, *Vir quidam facetus.*

Pag. 546. expungatur tota Fabula 29. De Eremita virgine ægrotante, cuius initium, *Insitum est à natura.*

Pag. 547. deleatur tota Fabula 31. De vidua virum petente, cuius initium, *Vidua quædam.*

Pag. 552. expungatur tota Fabula 44. De scurra & Episcopo, cuius initium, *Scurra quidam.*

Pag. 553. in titulo Fabulæ 46. De Sacerdote & Pyris, pro, *Sacerdote*, scribe, *quodam.* Et initio Fabulæ, ibi, *Sacerdos quidam gulosus*, dele vocem, *Sacerdos.*

Pag. 579. deleatur tota Fabula 104. De Sacerdote, qui quinque Vestales, &c. cuius initium, *Sacerdos quidam spectatæ.*

Pag. 590. in Fabulæ 130. titulo, *De Sacerdote, qui turdos, &c.* pro, *Sacerdote*, scribe, *quodam.* Initio Fabulæ, ibi, *Sacerdos gulæ deditus*, pro, *Sacerdos, gulæ deditus*, pro, *Sacerdos*, scribe, *quidam.* Deinde, ibi, *Sacerdos irritatus*, corrige, *Ille irritatus.*

Pag. 592. expungatur tota Fabula 134. De lupo, qui se religioni addixerat, cuius initium, *Lupus in senium.*

Pag. 593. deleatur tota Fabula 135. De Morione Crucifixum pro thuribo afferente, cuius initium, *Sacerdotes complures.*

LAVRENTII CVPÆRI THEATRVM Mundi minoris.

EX libro, cui titulus est, Theatrum mundi minoris, siue humanæ calamitatis Oceanus, *ex Gallico in Latinum translato sermonem, interprete Fr. Lauren. Cupæro. Antuerpiæ apud Lucam Bellerum*, 1589.

Lib. 2. §. *Sed missos faciamus*, pagin. 105. in fin. post illud, *reuerentur, honorant que*, dele vsque ad, *Cæterum si tragœdiæ*, excl.

Eod. §. pag. 107. ad fin. post illud, *Comperiemus eam non inutilem*, dele vsque ad, *Cæterum relicto capite*, exclusiuè.

Hæc eadem expungatur, ex libro Gallico sermone primùm conscripto per Petrum Bouistuau, ipsius verum Auctorem.

LAVRENTII VALLÆ ELEgantiarum libri.

EX *Laurentij Vallæ Elegantiarum libris.* Sequimur editionem Operum, Basileæ apud Henricum Petrum, 1545.

Lib. 6. cap. 34. cui titulus est, *In Boethium de Persona* pag. 215. dele totum cap.

ITEM IN NOVVM TESTAMENTVM Annotationes.

EX *eiusdem Annotationibus in Nouum Testamentum, ex eadem editione, Basileæ* 1545.

Cap. 5. Actorum ad medium, pag. 851. post illa verba, *Maiores natu Ecclesiæ idem est Latinè*, expunge sequentia vsque ad illud, *omitto quòd Græcè*, excluſ.

Epist. 1. ad Corinth. cap. 15. pag. 868. dele ab initio cap. vsque ad, *Paulus enim sibi*, excluſ.

Epist. 2. ad Corin. cap. 7. pag. 872. dele totum caput.

Ediſt. ad Titum cap. 1. pag. 884. post verba illa, *Ciuitatem*, καταπόλιν, dele vsque ad, *sicut Dei dispensatorem*, excluſ.

LAVRENTII A VILLAVIcentio Phrases.

EX *Phrasibus Scripturæ sacræ collectis per Fr. Laurentium à Villauicentio, Antuerpiæ in ædibus Viduæ & hæredum Ioannis Stelsij*, 1572.

Verbo, *Antichristus*, num. 1. fol. 10. pag. 1. in fin. in exemplari Antuerpensis editionis, quo vtimur, ita legitur, *Autichristi nomine, nunc hominem quemdam singularem in nouissimis temporibus appetente die iudicij, proditurũ intelligit sacra Scriptura; nunc totam illam congregationem mala docentium, &c.* in altero verò exemplari eiusdẽ omnino editionis, in hunc modum habetur, *Antichristi nomine, non hominem quemdam singularem in nouissimis temporibus, appetente die iudicij, proditurum intelligit sacra Scriptura, sed totam illam Congregationem mala docentium, &c.* Posteriori verò lectio (sicuti & aliæ tres, quæ in hoc auctore inferiùs notantur verb. *Persona*, verb. *Resipiscere*, & verb. *Sinus*, hæreticorum fraude fortè suppositæ) omnino corrigatur ad prioris normam.

Verbo, *Cornu*, num. 3. fol. 28. pag. 2. versus fin. ibi, *Hinc per errorem Moses ille*, dele, *per errorem.*

Verb. *Iustificare*, num. 1. fol. 100. pag. 2. à medio, post illud, *Significat enim iustificare*, dele vsque ad, *quod fit in Sacramentis*, excl.

Verbo, *Iudæus*, num. 1. fol. 108. pag. 1. medio. post illud, *non probatur à circuncisione*, dele vsque ad, 2. *Et Iudæus personatus*, excl.

Verbo

Verbo, *Imputare*, num. 1. fol. 110. p. 1. in principio, dele ab initio Annotationis, vſque ad, *erit igitur in Scripturis ſacris*, excl.

Verbo, *Obedientia*, num. 3. fol. 150. pag. 1. initio, poſt illud, *tibi in bonum vocat*, dele vſque ad, 1. *Petri* 1. *vt filij*, excl.

Verbo, *Perſona*, num. 2. fol. 164. pag. 2. ad medium, in dicto exemplari, quo vtimur, ſic legitur, *Breuiter intellige externa omnia, quæ Deus non reſpicit, ſi cor longè ſit à Deo.* in alio verò exemplari eiuſdemmet editionis ita habetur, *Breuiter intellige externa omnia, quæ Deus non reſpicit, qui cor & fidem attendit*; Corrige ergo hanc poſteriorem lectionem iuxta verba prioris.

Verbo, *Reſipiſcere*, fol. 171. pag. 1. initio, in exemplari, quo vtimur, poſt verba illa, *De mutatione compoſitum eſt*, ita habetur 2. *Cæterum pœnitentiam agere pro adfici, ducique pœnitudine, vt non vult Eraſmus Barbarum, & ſolæ cũ pronuntiare, ita dicit ſe non meminiſſe, quòd apud probatos auctores legerit, quod quale ſit, ipſe tu diiudicabis, qui politioris literaturæ ſtudioſus es. 3. Pœnitẽtiæ &, μετανοίας ſecundum Scripturam non ſolùm eſt reſipiſcentia, aut triſtitia, de eo quod admiſſum eſt, ſed etiam ſolicitudo corrigendi peccata, purgatio, ac ſatisfactio, indignatio contra peccatum, eiuſdemque vltio. Quod apertè patet. 2. Cor. 7. ita Chriſtus & Ioannes exigunt fructus dignos pœnitentiæ.* In altero tamen exemplari eiuſdẽmet editionis, poſt dicta verba, *demutatione compoſitum eſt*, ſic legitur. *Vnde iudicio Eraſmi Roterodami, Matthæi 3. cap. Verti poterat, reſipiſcite, ſiue ad mentem redite. Siquidem reſipiſcit, cui vita ſuperior diſplicet, 2. Cæterum pœnitentiam agere, pro adfici, ducique pœnitudine, vt non vult Eraſmus Barbarum & Solæ cum pronuntiare, ita dicit ſe non meminiſſe, quòd apud probatos auctores legerit, quod quale ſit, ipſe tu diiudicabis, qui politioris literaturæ ſtudioſus es. 3. Pœnitentia vera eſt reſipiſcentia, & vitæ mutatio, ideſt, conuerſio à mortuis operibus & peccatis. Et alibi in Tropo pœnitere, de reſipiſcendi verbo fuſiùs tractauimus.* Corrigitur igitur tota hæc poſterior lectio, & ſcribatur vt prior.

Verbo. *Sanitas*, fol. 180. pag. 2. à medio, ibi, *modò fidat Chriſto*, reſcribe, *modo adhæreat Chriſto.*

Verbo, *Segregare*, num. 8. fol. 181. p. 1. prope medium, ibi, *Carnis operibus & externis*, dele, *& externis*, Et deinde, ibi, *Sabbatum credentibus iuge eſt*, dele, *credentibus.*

Verbo, *Sinus*, num. 2. fol. 101. pag. 1. verſus fin. poſt illa verba, *fidei alicuius credere*, in dicto exemplari quo vtimur, ita habetur. 2. *In Abrahæ ſinum Lazarus portatur tropica locutione, ſimilitudine ſcilicet mutuata à parentibus, qui filios quos tenere diligunt, in ſinum ſuum recipiunt, atque in eo fouent. Quoniam ergo Abraham Pater erat omniũ Iudæorum, ad quem ſuum genus referebant, in illius ſinum Iudæus Lazarus delatus dicitur, ad ſignificandum, quòd ab Abraham, qui in vita ſemper hoſpitalitati, & pauperum ſuſceptioni fuit intẽtus, benignè ſit receptus in ſanctorum cõſortium, donatus cum eo, & quiete, & ſpe gaudiorum regni Cæleſtis. Auguſtinus explicat ſecretæ quietis habitationẽ, ſecundum quam expoſitionem, ſinus Abrahæ dicitur. quomodò in mari appellamus ſinus, loca portubus & quieti apta.* Sed in altero exemplari ipſiuſmet editionis, poſt dicta verba, *fidei alicuius credere*, ſic legitur, 2. *Abrahæ ſinus autem ſanctorum requies eſt, hoc eſt fides in promiſſionem ſeminis, quo vniuerſæ gentes benedicendæ veniunt, ob illius viri ſingularem fiduciam, & probitatẽ, ita à Chriſto appellata, in qua fide, qui defuncti ſunt, in ſinum Abrahæ tranſ-*

lati scribuntur, sicut Helias, atque quotquot coram Deo innocenter per fidem ambulauerunt. Nam in fide Abrahæ, & benedictionis per semen Christum futuræ, quiescebant, & quiescunt, nobiscum resurrecturi. Reliqui omnes in desperatione moriebantur, neque re vera ad patres, & populum suum adponebantur, aut colligebantur. Sicuti & hodie omnes increduli moriuntur, horrenda morte detenti, quòd ignis ille æternus per sententiam nouissimùm veniat super eos. Expungatur ergo tota hæc posterior lectio, & reponatur prior.

Verbo, *Spe gaudere*, num. 2. fol. 191. pag. 2 in medio, post illud, *est sperare in misericordiam*, dele vsque ad, *Vt Abraham sperauit*, excl.

Verb. *Seruus*, nu. 9. fol. 192. pag. 2. ad medium, ibi, *Seruare legalia non est malum sed seruire*, dele, *non*, & pro, *sed*, scribe, *&*.

Verbo, *Timor Dei*, num. 5. fol. 195. pag. 2. versus finem, post illud, *in litera S. diximus*, dele vsque ad, *6. Nocturnus porrò*, exclus.

Verbo, *Verbum*, num. 2. fo. 201. pag. 1. ad medium, post verba illa, *potero facere rem*, dele vsque ad, *& illud excepto sermone*, excl.

LEODEGARII A QVERCV
Farrago Poematam.

EX Poematum Farragine selecta ex optimis quibusque autoribus, per Leodegarium à Quercu, Lutetiæ apud Guilielmum Cauellat, 1560.

TOM. I.

Fol. 6. inter Epigrammata Pictorij. deleatur Epigramma ad Marathonem.

Inter Epigrammata Simonis Vallamberti parum ab initio, dele Epigramma sub hac inscriptione, *Margaritæ Reginæ, &c.*

TOMO 2.

Fol. 158. vsque ad 173. exclus. dele Carmina Georgij Buchannani.

Fol. 254. pagina 2. Titulo, *Ad Epithalamiographum*, dele Epigramma sequens vsque ad, *Epithalamiographus ad Anonymum*, exclus.

Fol. 273. pag. 2. vsque ad fol. 281. inclus. dele carmen Germani Brixij in Thomam Morum, quod Antimorũ Syluam vocat.

Fol. 283. p. 2. vsque ad fol. 282. inclus. dele carmina omnia Eobani Hessi.

LEVINI LEMNII DE OCCVLTIS
Naturæ miraculis.

EX Leuini Lemnij Medici Zirizæi libris 4. de Occultis Naturæ Miraculis, Gandaui apud Gislenium Manilium, 1571.

In Carmine Paschasij Oenij, post illa verba, *per ora virum*, expungantur quatuor versus sequentes, vsque ad illa, *Vt taceam*, excl.

Lib.

Lib.1.cap.1.pag.6.post medium,ab illis verbis,*atque ementitur*,dele omnia vsque ad illa,*Sic plerique alij*,excl. Deleatur etiam ibidem nota margin.

Cap.12.pagin.71.prope medium, post illa verba, *contrahitur aduersis*, dele vsque *E' contra mali Genij*, *&c.* excl.

Cap.14.pag.92.in medio, post illa verba, *hanc fiduciam & certitudinem*, expungantur omnia vsque ad finem capitis cum Notis etiam marginalibus.

Lib.2.cap.1.pag.146. ad medium, post illud,*in præceps agunt*,dele vsque ad. *Quod ipsum indicasse*, *&c.* excluſiuè.

Cap.29.pag.218.ad finem,ibi,*amor ac fiducia*,dele,*ac fiducia*.

Cap.51.pag.277.ante medium,post illud,*sæuitia labascant*, dele vsque ad, *Baiuli autem*,*&c.*excl.

Lib.3.cap.1.pag.293.ad initium,post illa verba,*delectis ac debellatis*,dele vsque ad,*Cæterum vt*,*&c.*

Cap.8.pag.338. totum expungatur,cum Argumento etiam & Notis marg.

Lib.4.cap.2 Pag.371.ad finem,ibi, *viro cum primis erudito paria fecerim*, dele,*viro cum primis erudito*,dele etiã ibidem notam marginalem.

Cap.15.pag.450. prope medium post illa verba, *suamque sententiam proferre*,dele omnia vsque ad illa,*Quæ circa desinant*,*&c.*excluſ.

Cap.21.pag.465. expũgatur totum caput cum Argumento etiam & Notis marginalibus.

IN INDICE OPERIS deleantur sequentia.

Conradi Gesneri laus.
Iustificatio impij ex Dei fiducia.

LILII GEORGII GIRALDI Ferrasiensis Opera.

EX Lilij Gregorij Giraldi Ferrariensis Operibus, quæ extant omnibus, Basileæ per Thomam Guarinum, 1580.

TOMO I.

EX HISTORIA DE DIIS Gentium.

Syntagmate 1.§.*Porrò nec illud*,pa. 5.lin.34. post illa verba, *tantummodò debetur*, dele vsque ad, *has Theologi nostrates*,excluſ.

Eod. syntagmate §. *Scribit Dionysius*,pag.14.lin.24.post verba,*& exibilandi causa*,dele vsque ad,*Nam Varrone teste*,excl.

Syntagm.17.§.*Igitur Aegiptiorum*, pag.513.in fine, post verba illa, *fas dicere*,*hæc Herodotus*,dele vsque ad, *sed & alia quæpiam*,excl.

Ex opusculo *De Herculis vita*, pag. 544.deleatur tota Epistola dedicatoria, cuius initium est, *Adolescens cùm essem*,cum suo titulo.

TOMO II.

EX HISTORIÆ POETArum,tam Græcorum,quàm Latinorum Dialogis decem.

Dialogo 1.§.*Videtis non apud antiquos*,pag.16.in principio,vbi legitur, *Pontifices ac Cæsares*, dele, *Pontifices*, *ac*.

Dialogo 2.§.*In quo tres hos errores*, pag.72.linea.5.ibi,*tum etiam à Diuo*, dele,*Diuo*, deleatur etiam hæc vox, *Diuus*, Dialogo 3.§. *Leguntur & alij versus*, pag.91. lin.26. & §. *Celebrat*

& idem, pag. 92. lin. 22. & eod. §. pag. 94. lin. 44. & §. *Leguntur & Græca*, pag. 98. lin. 11. & §. *Scripsit præter eam*, pag. 103. lin. 28. & vox, *Diui*, §. *Huius tamen*, pag. 104. lin. 33. & vox, *Diuum*, Dialogo 6. §. *Non Athenas modo*, pag. 256. lin. 48. Et iterum vox, *Diuus*. Dialogo 9. §. *Corpore quidem*, pag. 350. lin. 4. Et vbicumque eadem dictio Platoni ad scribitur.

Dialogo 3. §. *Scripsit præter eam*, pag. 103. lin. 31. post verba illa, *consensu sit adeptus*, dele vsque ad, *Verum nos hæc melius*, excl.

Dialogo 4. §. *Petronij certè Versus*, pag. 189. lin. 20. post verba, *Commemorare velim, longior sim*, dele vsque ad, *At ne quod me non facturum*, excluſ.

Dialog. 5. §. *Fuit & Hydalbertus*, pag. 223. lin. 12. post illa verba, *quæ non displicuere*, dele vsque ad, *scripsit & hymnos*, excl.

Dialogo 6. §. *Hinc & ludia*, pag. 236. lin. 44. post illud, *Roscius & Aesopus*, dele vsque ad, *Porrò Histriones* excluſ.

Dialogo 8. §. *Leguntur insuper*, pag. 318. lin. 34. post verba, *Vt profan. arcebantur*, dele vsque ad, *sed iam plus nimio*, excl.

EX DVOBVS DIALOGIS,
De Poetis nostrorum temporum.

Dialogo 2. §. *cùm omnis nostra*, ad finem, pag. 408. lin. 38. post illud, *clades & calamitates sunt*, dele vsq; ad, *tunc omnes simul*, excl.

EX DISSERTATIONE,
De annis & mensibus, cæterisque temporum partibus.

Pag. 544. dele ab ipsomet operis initio per quinque lineas, vsque ad, *erit huius libelli*, excl.

LVCII MARINEI SICVLI DE Rebus Hispaniæ memorabilibus.

EX Lucij Marinei Siculi de Rebus Hispaniæ memorabilibus opere libris XXII. comprehenso, Vtimur Rerũ Hispanicarum scriptorum tomo posteriori, *Francofurti apud Andream Vechelum*, 1579.

Lib. 19. cap. de animaduersione in hæresim eorum qui cùm Iudæi fuissent, &c. pagin. 963. parum ab initio, post verba illa, *Numeros & Deuteronomion*, dele vsque ad, *apud Athenienses autem*, excl.

EN ITALIANO.

LEON BAPTISTA ALBERTI Architectura.

DE la Architectura de Leon Baptista Alberti. nel monte Regale, appresso Leonardo Torrentino, 1565.

En el septimo cap. 13. pag. 187. al principio, despues de aquellas palabras, *Collocauanole statue*, se quite hasta aquellas, *Sonci alcune altre*, excluſiuè.

Lo mismo se ha de quitar en los Latinos.

LVDO-

LVDOVICO ARIOSTO, Orlando Furioso.

DE Ludouico Arioſto, en el Orlando furioſo in Venetia, per Gabriel Gioli di Ferrarij, 1543. *o de otra ſemejante impreſſion.*

Canto 14. fol. 67. pág. 1. ſe quitenlas quatro octauas, que comiença la primera, *Vien ſcorendo ou'*, *egli habiti ou' egli vſi*. La ſegunda. *Credendo quiui retrouarlo moſſe*. La tercera, *Ne pietà, ne quiete, ne humiltade*, y la quarta, *Quella che gli hauea detto il Padre eterno.*

Canto 18. fol. 88. pag. 2. colum. 1. en la octaua 26. que comiença, *Io u' ho dir.* quitenſe los quatro vltimos verſos.

Canto 27. fol. 146. pag. 2. col. 1. en la octaua 37. que comiença, *Al monaſtir, doue altre*, quitenſe los ſeis verſos primeros.

Canto 34. fol. 186. pag. 1. col. 2. en la octaua que comiença, *Queſte parole e ſimile altre vſai*, quiteſe el verſo quarto, que dize, *Si trouaſe nel eremo alcun ſancto.*

M.

PRIMA CLASSIS.

MARCI BEVMLERI, vel, BLEVMLERI in Plutarchi De liberis educandis comment. &c.

EX Plutarchi de Liberis educandis Commentario in certa Capita diſtincto, perpetua analyſi Logica, & ſententiis Variorum Auctorum explicato, ſecunda Cura Marci Beumleri. Spiræ, Typis Bernardi Albini, 1593.

Poſt primam Operis inſcriptionẽ, adde, *Auctor damnatus, liber hic cum expurgatione permiſſus.*

In Epiſt. Dedicatoria Marci Beumleri ad Ladiſlaum Vvelenum, cuius initium, Illuſtris ac generoſe, pag. 1. in fine, poſt illud, *Tantumne eſt homini*, dele vſque ad, *à re ſua otij ſibi*, excluſ.

Pag. 2. eiuſd. Epiſt. poſt illud, *tempus abhorruiſſe*, dele vſque ad, *à me repetere omni ſuo iure*, excl.

Pag. 6. eiuſd. Epiſt. ſub initium, poſt illud, *analyſeos iteratæ*, dele vſque ad, *quo ſpero æquis iudicibus*, excluſiuè.

MARQVARDI FREHERI Parergõr.

EX Marquardi Freheri Parergõn Libro Primo, &c. Francofurti, ad Mœnum, 1588.

In prima Operis inſcriptione, poſt illud, *Iuriſconſulti F.* adde, *Auctoris damnati.* Et poſt illud, *emendantur*,

illustrantur, adde, *opus prohibitum, cum expurgatione tamen permissum.*

Cap. 23. pag. 44. vltra medium, post illud, *Vt Ios. Scaliger*, dele vsque ad, *annotauit Ausonian.* exclus.

Lib. 2. Parergῶν, pa. 70. expungatur totum Caput 4. cuius initium, *Quod Canonistæ tradunt, &c.* cum inscriptione.

Circumfertur cum præfatis Parergῶν duobus libris, Tractatus alius, *de Fama Publica*, eiusdem Marquardi Freheri; qui permittitur, expunctis priùs quinque epigrammatis seu Carminibus in laudem Operis, & Auctoris, cum inscriptionibus & addito initio operis, *Auctor damnatus, opus tamen permissum.*

MARTINI RVLANDI PROBLEMATVM Medico-Physicorum, &c.

EX *Problematum Medico-Physicorum Libro primo, Auctore Martino Rulando, &c. Francofurti, ex Collegio Musarum Palthenian.* 1608.

Post primam inscriptionem adde, *damnatus. Opus prohibitum, cum expurgatione tamen permissum.*

In Dedicatione, quæ incipit, *Summus Aristoteles.* §. *Quin potius lapsum*, pag. 9. sub initium, post illud, *eius transformemur*, dele vsque ad §. *Hunc verò librum*, exclus.

Post Præfationem ad Lectorem, cui initium, *Antequam hoc Problematum.* pag. 22. reiiciantur omnia, vsque ad initium operis exclus.

Lib. 1. Probl. 70. pag. 50. dele totum Problema cum nota marg.

In indice dele, *Acus mortuum consuens, &c.*

MARTINI VRANII LECTVRÆ, SIVE Elucubrationes in aliquot insigniores Decretalium titulos.

EX *Martini Vranij, Cognomento Prenningeri, Lecturis, seu Elucubrationibus in aliquot Insigniores Decretalium Titulos, Francofur. Sumptibus Lazari Zetzneri*, 1609.

In prima Operis Inscrip. *DN. Martini*, dele, *DN.* & post illud, *Academiæ Tubingensis, &c.* adde, *Auctoris damnati.* Deinde, post illud, *Opus Posthumum*, dele vsq; ad illud, *cum Summarijs contentorum*, exclus. Et paulò inferiùs, ibi, *Additionibus luculentissimis*, dele, *luculentissimis.* Et post illud, *& verborum locupletissimo*, adde, *prohibitum, cum correctione tamen permissum.*

Post Inscriptionem Operis, expungatur tota Epistola Dedicatoria Friderici Prenningeri ad Fridericum Ducem VVirtenbergensem, cuius initium, *Non improbandum est, &c.* cum Inscriptione, & Notis marginalibus.

Deinde deleatur alia sequens Epistola Cunradi Ritershusij ad Fridericum Prenninger, cuius initium, *Clarissime & Consultissime vir, &c.*

Item expungantur omnia Carmina, quæ post hanc epistolam sequuntur vsque ad Titulum Operis, *DN. Martini Vranij*, excl.

In Titulo Operis, pagin. 1. ibi, *DN.*

DN, Martini Vranij, dele, *DN.* Deinde in Titulis paginarum per totum opus, dele, *D.* præfixum Martino Vranio.

In Tit. de Constitutionibus, Ad Cap. *Translato*, pag. 9. col. 2. Titulo, *Additiones*, deleatur hic Titulus, & omnia quæ deinde sequuntur vsque ad Tit. *Ad Cap. Concupiscentiam*, exclus.

Eod. Tit. *Ad Cap Ne innitaris*, pag. 13. col. 1. in Summariis, Numero 7. post illud, *Vt de Salomone damnato*, dele vsque ad illud, *licet cuiq; dicere*, exclus. Ibid. col. 2. in text. § *Tertio notandum*, num. 7. post illud, *vt de Salomone damnato*, dele vsque ad, *licet cuiq; dicere*, excl.

Ibid. pag. 14. col. 1. in Additione, post illud, *ipsius salute desperant*, dele vsque ad, *Ad matrem Christi*, exclus. Ibid. paulò inferiùs, ibi, *hinc argutatum esse*, pro, *argutatum*, scribe, *creditum.*

Eod. Tit. *Ad Cap. Fin. Quoniam constitutio*, pag. 34. Col. 2. expungatur tota Additio, cui initium, *Imo quòd res spirituales, &c.*

In Tit. de Rescriptis, pag. 35. in Inscriptione, vbi dicitur, *DN. Martini Vranij*, dele, *DN.*

Ad Cap. Sedes, &c. pag. 64. col. 1. in Summar. num. 11. post illud, *exhibere liberalem*, dele vsque ad illud, *Fraus & dolus*, excl.

Ibid. pag. 65. colum. 1. §. *Quinto not. quòd sedes*, post illud, *transeunt DD. communiter*, dele vsque ad, *sed op. cum secunda*, exclus. post initium pagin. 65.

In Titul. de Testibus, & attestationibus, pagin. 79. in Inscriptione, ibi, *DN. Martini Vranij, &c.* dele, *DN.*

Ad Cap. *Dilecto de Testibus*, pag. 268. col. 2. in Summ. num. 29. ibi, *Donatio præbendarum*, pro, *Donatio*, scribe, *Præsentatio.*

Ibid. pag. 273. col. 2. §. *Tertio not. ex tex.* ibi, *Quòd donatio præbendarum*, pro, *donatio*, scribe, *præsentatio.*

In Tit. de Iureiurando pag. 289. in Inscrip. ibi, *DN. Martini Vranij*, dele, *DN.*

Ad Cap. *Et si Christus*, pag. 396. col. 1. Titulo, *Summaria in Addit. lit. C.* deleatur hic Titulus, & omnia Summaria, & Additiones, quę sequuntur, vsque ad Titul. *Ad Cap. Sicut. 2. de Iureiurando*, exclus. in pagin. 401. col. 1.

Ad Cap. Ex literis, pag. 423. col. 2. in Addit. ibi. *pulchrè probat Molin.* dele, *pulchrè.*

Ad Cap. *Intellecto*, pag. 426. col. 2. in Additionibus, in prima Additione, post illud, *Ecclesiastici scriptores*, dele vsq; ad, *& alij multa*, excl. Ibid. Additione 2. post illud, *De hoc Vide Molin.* dele vsque ad, *Vbi tradit*, exclus.

In Tit. de Exceptionib. pag. 452. in Inscriptione, ibi, *Dn. Martini Vranij*, dele, *Dn.*

In Tit. de Præscrip. pag. 514. in Inscriptione, ibi, *Dn. Martini Vranij*, dele, *Dn.*

EX INDICE DELEANTVR sequentia.

Adrianus tertius Pontifex, &c.
Consuetudo, quæ sacerdotes in officio, &c.
Donatio præbendarum Ecclesiasticarum, &c.] pro, *Donatio*, scribe, *Præsentatio.*
Ecclesiæ primatus non in solo, &c.
Magistratus politicus abusus, &c.
Martinus Vranius vixit inter, &c.
Munus nullum pro sepultura, &c.
Non tam quid Romæ factum, &c.
Opinio sit sit inter sanctos] post illud, *Vt de Salomone damnato*, dele vsque ad, *licet cuiq; dicere quod vult*, exc

Papas eligendi ius per Othonem, &c.
Paulus Apostol. à Veteribus, & in sacra, &c.
Petrus Apostolus dominatum in Clerum &c.
Petrus Apostolus à Paulo, &c.] dele,
Petrus petram de Christo intellexit ipse.
Petrus Apostolus numquam Romæ fuit, &c.
Phocas]*mperator primatus, &c.*
Pontificem Romanum non licuit olim, &c.
Sedes Apostolica consueuit se petentibus.] dele, *sed magnaſcilicet liberalitas est, dare plumbum pro auro vel argento, vt dixit Ægid.*

ITEM CONSILIORVM, SIVE Responsorum, Tomi duo.

EX *Consiliorum, siue Responsorum eiusdem Martini Vranij, cognominati Prēninger, Tomis duobus. Francofurti ex officina Paltheniana, Sumptibus Nicolai Bassai, Anno Christi* 1597.

In prima Operis inscript. ibi, *D. Martini Vranij*, dele, *D.* Deinde ibi, *Doctoris eximij*, dele, *eximij*. Et ibi, *Iuris Canonici celebratißimi*, dele, *celebratißimi*, & substitue, *Auctoris damnati*. Et post illud, *Tomi Duo*, dele vsq; ad, *Nūc verò primùm cum Additionibus*, excl. Et post illud, *Roteburgo Tuberanæ*. dele vsque ad, *Cum Gratia, & Priuilegio*, excl. Et in locum expunctorum substitue, *auctoris etiam damnati: opus prohibitum, cum expurgatione verò permissum.*

In Epistola Dedicatoria Friderici Prenningeri, cuius initium, *Si quod sacri ferunt*, sub initium Epistolæ, post illud, *Viri amplißimi atque integerrimi*, dele omnia vsque ad §. *At verò dubium, non est*, pagin. 1. eiusd. Epist. ante medium.

Pag. 5. eiusd. Epist. ad fin. §. *Quanto verò satius*, post illud, *quæ, vt philosophus*, dele vsque ad, *Iacobus Schegkius*, exclus. Deinde ibi, *præceptor olim meus piæ memoriæ*, dele, *piæ memoriæ.*

Pag. 7. eiusd. Epist. à medio, §. *Vobis verò, viri prudentißimi*, post illud, *& alia multa considerans*, dele vsque ad, *& ne, alys offerendo* excl. Et paulò infrà ibi, *à me adornatum, & auctum*, dele, *adornatum, &*.

Post Epistolam Dedicatoriam expungantur omnia carmina Conradi Dinneri. & Andreæ Dinneri.

In Additionibus ad Consilium 2. pag. 16. col. 2. in fine lit. C. dele totam Additionem, quæ incipit,]*uxta infra allegata, &c.* finitur autem, *Theologorum est exactius discutere*, exclus. ad lit D.

In Additionibus ad Consilium 4. pagina 35. col. 2. circa fin. lit. B. expungatur tota Additio quæ incipit, *De hoc, an scilicet pœnæ, &c.* finitur verò, *secund. nupt. & alios plures*, in pag. 36. col. 2. Ibid. pag. 36. col. 2. ad fin. lit. C. deleatur tota proximè sequens Additio, cuius initium, *Quod Magistratus ciuilis, &c.* finis autem, *intermedijs vsque ad n.* 190. in pag. 37. post med. Ibid. pa. 37. col. 2. à medio, liter. D. expungatur tota Additio, cuius initium, *Imò omnia talia statuta, &c.* finis autem, *in Ducatu VVirtenbergico.*

Ibid. pa 38. col. 1. ante fin. lit. E. post illud, *Beatior erit, si sic permanserit*, dele vsque ad, *Hinc quoque nos Germani*, exclus.

Ibid.

Ibid.col.2.ante medium,lit.G.expunatur tota Additio,cuius initium, *Non est hic locus*, finis verò, *matrimonium esse sacramentum.*

In Summarijs Consilij 5. pag.40. col.1.ad finem,expunge totum numerum 78.

Ibid.col 12. dele totum numerum 82.Et in numer.83.dele, *In auaritiam Paparum,&c.* vsque ad illud, *Quod agitur à Prælatis*,excl.

Consilio 5.pagin.50.col.1.num. 78. post illud, *Curiæ Romanæ sit sequenda*, dele vsque ad illud, *Præsertim cùm in tanta*, excl.numero 79.

Eod.Consilio,& pag. col. 2. num. 82.post illud,*deniqne iuncta gl. 4. dist.* dele vsque ad, *Quod si aliquando fortè*, excl.

In Additionibus ad Consilium 5. pag.53.col.2.lit.A.deleatur tota Additio,cuius initium , *Hinc patet quàm praua sit , &c.* finis verò *pro exequijs defunctorum*,excl. ad lit.B.

In Additionibus ad Consilium 10. pag.86.col.1.lit. C. dele totam Additionem quæ incipit , ¶*mò Papa secundùm Host. &c.* Ibidem , dele totam proximè sequentem Additionem lit. D.cuius initium, *Constat ex sacris literis,&c.*vsque ad fin.

In Summarijs Consilij 11.num. 2. dele, *Laus & commendatio Martini Vranij D.*

Consilio 11.pag.89.col. 2. num. 2. post illud,*& potissimum*, dele vsque ad,*Martino Vranio*, excl. Deinde post illud,*ordinario matutino*,dele vsque ad *Et quia per maturam*,excluſ. Item ibi, *in iure optimè fundata*,dele,*optimè*.

In Additionibus ad Consilium 14. pag.136.col.1.lit. G. expungatur tota Additio,quę incipit , *Imò quòd fuerit hic Papa,&c.* vsque ad lit. H. excl.

EX ¶NDICE HVIVS

1.Tomi deleantur sequentia,

Beneficia Venduntur in Curia Romana. Curia Romana Venduntur beneficia. Paparum auaritia.

EX II. TOMO.

In Additione ad Consilium 29.pagina 111.col.1.in fine,ibi,*iudicium pulchrè Molin.*dele, *pulchrè.*

In Summarijs Consilij 42.pag.162. col.2.deleatur totus numerus 13.cuius initium, *Clerici in copia,&c.*

Consilio 42.pagina 164.col.1.nu. 12.post illud, *& frugi patri fam, sufficeret*,dele vsque ad, *Sacerdoti † autem de altari*,excl. in num.14.

In Additionibus ad Consilium 47. litera C.pag 185.colum.2.ad medium, post illud , *corporis & animæ salutem*, dele vsque ad,*Consequi potius , quàm*, excluſ.

Ibidem,litera D. expunge totam Additionem , cuius initium , *Contra Canonistas,&c.*vsque ad lit. D. excluſiuè.

EX CONSILIORVM SEV Responsorum eiusdem Martini Vranij, cognominati Prenninger,Tomo tertio, Francofurti ex Officina Typographica Ioannis Saurij , ¶mpensis Petri Kopffij, 1607.

In prima Operis inscript. ibi, *D. Martini Vranij*,dele,*D.*Deinde,ibi,*Doctoris eximij, Aduocati*,dele,*eximij*. Et postea ibi, ¶*uris Canonici celeberrimi*, dele,*celeberrimi*,& substitue,*Auctoris damnati*.Item post illud, *& multiplices* , dele vsque ad , *explicatas comprehendens* , & post vocem , *comprehendens*,dele vsque ad , *Studio,& opera*, excluſ. Deinde post illud , *Rotenburgo-Tuberanæ*,adde , *Auctore damnato*. Et deleatur proximè sequentia, vsque

ad, *Cum Summarijs*, excl. Et post illud, *& Indice locupletißimo*, adde, *Opus prohibitum, cum expurgatione permißum*.

In Prefatione Friderici Prenningeri, cuius initium, *Multitudinem librorum*, pagina 4. ad finem §. *Quòd si igitur*, post illud, *Præceptor olim meus*, dele vsque ad, *retulit, addita ratione*, excluſ.

pag. 8. eiuſd. Præfat in fine, §. *Quod si etiam*, post illud, *Zaſius, & Vigelius*, dele vsque ad, *Et ſcientiam præſtare*, excluſ. Deinde post illud, *Schegkius Philoſophus*, dele vsque ad, *teſtatur, & probat*, excl.

pag. 10. eiuſd. Præf. ſub initium, §. *Ex quibus omnibus*, post illud, *notum, gratum*, dele vsque ad, *fuiſſe: ipſius etiam Conſilia*, excl. Deinde post illud, *tum Latina, tum Germanica*, dele vsque ad, *diuerſis manibus multoties*, excluſ. Item ibi, *Vranij laudabilia*. Et post vocem, *opuſcula*, dele vsque ad, *diutius latere*, excl.

Ibid. paulò inferiùs, ante medium, eiuſd. pag. poſt illud, *adhortationibus compulerũt*, dele omnia vsque ad illud pag. ſeq. ante medium, *Conſonet cœptũ hoc meum*, excl.

Pag. 11. eiuſd. Præf. in fine, poſt illud *eßem lætabundus ijs*, dele vsque ad, *quantum prædicti*, excl.

pagin. 12. initio, poſt illud, *Mox itaque ijs euolatis*, dele vsque ad, *non potui mihi temperare*, excluſiuè. Et paulò inferiùs, poſt illud, *à tractatu de teſtib.* dele vsque ad, *Quod & iam per Dei gratiam*, excl. Deinde ibi, *maxima fœliciter abſolui*, dele, *fœliciter*.

Et paucis interiectis, poſt illud, *ob operis indignitatem*, dele parentheſim vsque ad, *ſed ob metum lucri*, excluſ.

In Epiſtola ad Fridericum Prenninger, cuius initium, *Operæpretium mihi facere*, in titulo, Epiſt. dele verba illa, *Clariſſimo, & conſultiſſimo viro D.* Item illa, *Domino, omnibus modis colendo*.

Initio Epiſt. ibi, *Clariſſime, & Conſultiſſime Prenningere*, dele, *Clariſſime, & Conſultiſſime*.

Deinde deleantur Epithaphia Martini Prenningeri, & Barbaræ Prẽningeræ, atq; duo integra poemata Martini Cruſij, alterum Græcum, alterum verò Latinum in Martini Vranij Cõſiliorum opus, cum inſcriptionibus, & ſubſcriptionibus.

Deinde, deleantur, Titulus ille, *Leciquidam teſtimoniales ad honores, &c.* & omnia quæ ſub eod. Tit. ſequuntur, vſque ad Titulum, *Elenchus Tertij Tomi Conſiliorum, &c.* excl.

In Titulo illo, *Elenchus Tertij Tomi Conſiliorum Martini Vranij*, ℣ *Iuriſconſulti celeberrimi*, dele, *celeberrimi*.

In Titulo Operis, qui eſt ante Summaria Conſilij primi, ibi, *Conſiliorum D. Marnini Vranij*, dele, *D.* Deinde ibi, *Doctoris eximij, Aduocati*, dele, *eximij*. Et ibi, *Iuris Canonici celebratißimi*, dele, *celebratißimi*.

Deiude in Titulis paginarum totius operis, cum dicitur, *D. Martini Vranij*, dele, *D.*

Pagina 10. colum. 1. deleantur omnia Summaria in Additiones ad Conſilium 1. de Decimis.

Pagina 13, columna 2. expungantur omnes Additiones ad Conſilium 1. quarum initium eſt, *Hoc conſilium abſtruſam*. Finis verò, *Doctorum Conſilia comprehenſos*, in pag. 17. col. 1.

In Sammariis Conſilij 3. num. 26. pagina 20. columna 1. initio. poſt illud *citra Deum ab vllo iudicari*, dele vsque ad, *quidquid facit vt Dei Vicarius*, excluſ.

Conſilio 3. pagina 25. columna 2. ad finem nu. 26. poſt illud, *Ioa. Andr. ibi, per C. ſi Papa 40. diſtinct. & C. aliorum 9. q. 3.* dele vsque ad, ℣ *deoque quod ipſe facit*, excluſ.

In Additione ad Conſilium 3. pag. 27. columna 1. ibi, *Hinc pulchrè Dominus Rit-*

nus Rittershusius, dele, *pulchrè Dominus.* Et post vocem, *Rittershusius*, dele vsque ad, *in partitionibus suis*, exclus. Deinde, post illud, *paucis quidem verbis*, dele vsque ad, *calamo comprehensam*, exclus.

Consilio 4. parte 2. pagina 35. columna 1. num. 35. post illud, *& C. aliorum, 9. q. 3.* dele vsq; ad, *Quinimò quod ipse facit*, excl.

Ibidem columna 2. numero 36. post illud, *effectus autem corroboratiuè*, dele vsque ad, *& dispensare decimas alicui remittendo*, excl.

In Additionibus ad Consilium 4. pagina 39. columna 2. litera A. expungatur tota Additio, cuius initium, *Decimæ an sint res spirituales*, finis verò, *Vide addit. Consil. seq.*

In Additionibus ad Consilium 5. de Matrimonijs, pagina 98. columna 1. litera C. expungatur tota Additio, cuius initium, *Huc pertinet, quod scribunt*, finis verò, *Ego sum consuetudo*, in col. 2. ante medium.

Tota Additio ad Consilium 26. pag. 146. colum. 2. expungantur, vsque ad, *Summaria*, excl.

EX INDICE EXPVNGENDA.

Papa de decimis disponere] dele, *in omnibus, & per omnia dicere, & facere, &c.* vsq; ad, *quidquid facit vt Dei Vicarius*, excl.

Papa potest de iure] dele, *contra ius etiam diuinum rescribere*, &c. vsque ad *dispensare decimas alicui*, exclus.

MATTHÆI VVESENBECII in libros Institut. Iuris.

EX *Matthæi VVesenbecij Commentario in Institutionum Iuris libros IIII. Basileæ, apud Eusebium Episcopium.* 1576.

In ipsa Operis inscriptione, post illud, *Matthæi VVesenbecij*, addе, *Auctoris damnati.* Et post illud, *Iuris libros IIII.* addе, *hactenus prohibitus: nunc verò cum expurgatione permissus, &c.*

In Præfatione de fine vitæ, & studiorum, quæ incipit, *Facturus verba*, §, *Principio licet*, pag. 14. ad medium, post illud, *est ipse λογος*, dele vsque ad finem §.

Lib. 1. *De nuptijs*, tit. 10. pag. 63. in fine post illud, *iuris ciuilis sunt*, dele parenthesim, vsque ad, *atque personam*, excl.

Lib. 2. *De rerum diuisione*, titul. 1. pa. 169. à medio, post illa verba, *Volo, non sacrificium*, dele vsque ad illa, *ex hoc autem loco*, excl.

Lib. 3. *De legitima agnatorum successione*, titul. 2. pag. 510. in Summarij sententijs in 3. dele, *& consanguinitatis verbo abuti Canonistas.*

pag. 513. n. 6. post illa verba, *de suis, & legit*, dele vsq; ad illa, *gradu sunt*, excl.

In indice sub lit. C. dele *Canonica graduum computatio in dubium vocatur.*

ITEM IN PANDECTAS IVRIS Ciuilis, & Codicis, &c.

EX *eiusdē Matthæi VVesenbecij Cōmentarijs in Pādectas iuris ciuilis, & Codicis Iustinianei, qui olim Paratitla dicebuntur, Basileæ, typis Conradi VValdkirch.* 1604.

In ipsa Operis inscriptione, post illud, *Matthæi VVesēbecii*, addе, *Auctori*

damnati, deinde post illud, *cum* ℣*adice gemino*, adde, *hactenus prohibiti, nunc verò cum expurgatione permissi.*

Lib. 1. titul. 1. numer. 4. col. 4. §. ℣*ustitia*, post illa verba, *æternitatem est effulsura*, dele vsque ad, §. *Alter ordo*, excl.

Ibid. col. 5. § *Tertius ordo*, post illa verba, *cognitionis* 18. *de pœnis*, dele vsque ad, §. *Cùm autem nos*, excl.

Lib. 2. tit. 12. nu. 8. col. 104. §. *Effectus*, post illa verba, 10. *C. eod.* dele vsque ad, §. *Ac quia nec*, excl.

Lit. 12. tit. 2. num. 6. col. 367. §. *Forma verò*, post illa verba, *in cap. 2. de sponsalibus*, dele vsque ad, *Sed de forma*, excluſ. Et col. 368. vltra med. post illud, *multa loca omitti*, dele vsque ad, *Nam nulla, quamuis*, excl. Et col. 369. ante medium, post illud, *in vitio posuerim*, dele vsque ad, *Causa finalis*, excluſ.

Ibid. nu. 14. col. 375. ad fin. post illa verba, *C. de iur. aur. ann.* dele vsque ad fin. tituli.

Lib. 23. tit. 2. num. 4. col. 541. sub initium, post illa verba, *coniugia prohibentur*, dele vsq; ad illa, *Vt nec illi*, excluſ. Et vltra medium eiusd. col. post illa verba. *in fin. C. eo.* dele vsque ad finem numeri.

Ibid. num. 8 col. 547. ante medium post illa verba, *sufficiat. 27. qu. 1.* dele vsq; ad illa, *De tutorum suffragio*, excl.

Ibid. col. 548. ad finem. post illa verba, *pronunciando sequuntur*, dele vsque ad illa, sub initium col. 549. *Præterea iure Ciuili*, excluſ. Et col. 549. ante medium post illud, *Virginem de act. empt.* dele vsque ad, *Quid quòd deficiente*, excl. Et vltra medium eiusd. col. post illud, *cohabitare cogitur*, dele vsque ad, *tamen in casu dubio*, excl. Et col. 550. sub initium, post illud, *pro matrimonio pronuncient?* dele vsq; ad, ℣*gitur si ne* excl.

Ibid. num. 8. col 553. initio, post illa verba, *metus causa*, dele vsque ad illa, *nisi consensus posteà*, excluſ. Et paulò inferiùs, post illa verba, *de cõuers. coniug.* dele vsque ad fin. tit.

Lib. 24. tit. 2. col. 566. in summario, quod subiungitur, dele numeri 11. sententiam.

Ibid. num. 7. col. 568. post illa verba *C. si Vxorem. 32. q. 5. c. 1. 52. q. 7.* dele vsque ad finem tituli.

Lib. 48. tit. 5. num. 19. col. 930. vltra medium, post illa verba, *constat. Leuit. 9*, dele vsque ad illa, *Si tamen non*, excl.

Ibid. num. 21. col. 933. post illa verba *Genes. 38.* dele vsque ad illa, *lex diuina*, excl.

Et subinde post illa verba, *Deuter. 23.* dele vsque ad illa, *& quoniam vsu*, excl.

ITEM IN CODICEM COMMENTARIVS

EX Commentario in Codicem ℣*stiniani, superioribus Commentarijs adiecto.*

Dele Epistolam Dedicatoriam, quæ incipit, *Cùm omnia liberalium*, &c.

Lib. 1. tit. 2. nu. 2. col. 6. sub initium, post illa verba, *sed de militante Ecclesia* dele vsque ad illa, *aliàs particulariter*, excluſ.

Titul. 5. num. 4, col. 14. ante fin. post illa verba, *de* ℣*dæis, de Paganis*, &c. dele vsque ad illa, *Fines cur in Ecclesia*, excl. Et num. 6. col. 16. sub initium, post illa verba, *etiam tormenta*, dele omnia vsque ad finem numeri, siue vsque ad §. *Adiacet hæresi*, excl.

Num. 8, col. 20. ante medium, post illa verba, *in religionis consensu*, dele vsq; ad, §. *Contraria Hæresi*, excluſ.

Titulo 6. dele totũ titulum qui incipit, *Hæretici iure annumerantur*, &c.

ITEM

ITEM COMMENTARIA, ET Prælectiones in 3. librum Codicis.

EX eiusdem *Matthæi Vvesenbecij Commentarijs ac prælectionibus in 3. librum Codicis nunc primùm editis, Vvitebergæ, per Laurentium Seuberlichium*, 1609.

In ipsa inscriptione, dele, *Clarissimi:* & post illud, *Matthæi Vvesenbecij*, adde, *Auctoris damnati.* Et post illud, *Indice locupletissimo*, adde, *omnia hactenus prohibita: nunc verò cum expurgatione permissa.*

In epist. dedicatoria, quæ incipit, *& siquidem*, &c. p. 3. sub initium, post illa verba, *Cùm itaq;*, dele, vsq; ad illa, *nullus hodie sit.*

Pag. 4. eiusd. epist. ante med. dele illa verba, *piæ ac laudabilis memoriæ.*

Lib. 3. tit. 5. in summario nu. 14. col. 236. dele illa verba, *cuiusmodi est Papa.*

Titul. 8. nu. 5 col. 297. ante med. ibi, *extrinseca est, & leuis*, dele, *& leuis.*

Num. 16. col. 303. ad med. post illa verba, *Sed posteriores Pontific.* dele vsque ad illa, *tacitè hoc*, exclus.

Tit. 12. nu. 24. col. 427. ad finem, post illud, *Oda Vender grossen Festen*, dele vsque ad finem numeri.

Num. 25. col. 428. ante fin. post illa verba, *in cap. 2. ext. eod.* dele vsq; ad, *equidem in fastis*, exclus.

Et col. 429. ad med. post illa verba, *vsq; ad Occasum*, dele vsque ad illa, *Caterum & hoc*, exclus.

§. *l. omnes* 7. col. 442. in sententijs summarij, dele illam quæ habetur n. 5. Ibid. num. 5. col. 443. à medio, post illa verba, *Petri & Pauli designari*, dele vsq; ad finem numeri.

Titul. 28. *De inofficioso testamento authen. nouissimi.* num. 11. co. 796. ante med. ibi, *pro sepulchris & Sacramentis*, dele, *& Sacramentis.*

Tit. 32. in summario num. 26. col. 937. dele illas voces, *res diuinæ*, & loco earum, repone, *res sacræ.*

In fine totius operis, col. 1418. ad finem, §. *Sequentium titulorum*, dele illa verba, *Dominus pater piæ memoriæ*, & loco eorum repone, *Auctor.*

MATTHIÆ COLERI, TRACTATVS de Processibus executiuis.

EX *Matthiæ Coleri Tractatu de Processibus executiuis in causis ciuilibus & pecuniarijs, &c. Editione Tertia, Quibus accesserunt Commentaria eius Auctoris in duos titulos 2. lib. Decretalium, &c. Jenæ, apud Tobiã Steinmanum, &c. Anno* 1602.

In prima Operis inscriptione, ibi, *I. C. præclarissimi*, dele, *præclarissimi.* Et ibi, *publici celeberrimi consiliarij*, dele, *celeberrimi.* Deinde post illud, *Consiliary Sax.* &c. adde, *Auctoris damnati.* Et ibi, *recognitione diligẽtissima in plurimis*, dele, *diligentissima.* Et post illud, *II. de Præscriptionibus*, dele vsque ad, *Oratio de origine*, exclus. Denique post illud, *hac Editione auctissimi*, adde, *omnia quidem, prohibita, cum expurgatione tamen permissa.*

Expungatur effiges Matthiæ Coleri, cũ inscriptione, *Ad effigiem Ma-*

gnifici & Conſultiſſimi, &c. Deinde deleatur totum Epigramma effigiei ſubiectum, quod incipit, *Quem fora, Saxonicæ, &c.*

Deleat. etiam totum elogium auctoris, cuius initium, *Matthias Colerus Iuriſconſultus*, &c. cum inſcriptione, *Ex Magnifici, Nobiliſsimi, &c.*

Expungatur quoq; totum epigrãma Elogio ſubiectum, quod incipit, *Artificis te docta manus*, &c.

Præcidatur inſuper tota Præfatio Bibliopolæ ad Lectorem, cuius initium, *Vino Venditi, &c.*

Deleatur etiam tota Epiſtola Auctoris, quæ incipit, *Annus iam Vicesimus octauus, &c.* cum inſcriptione & ſubſcriptione.

In Oratione de origine, &c. Iuris Saxonici, pag. 2. in fine, §. *Superuenit deinceps*, poſt illud, *ipſe quoque Saxo*, dele vſque ad finem §.

Cap. 2. Partis 1. pag. 27. nu. 27. poſt illud, *Vtiq; iſtud opus*, dele vſq; ad illud initio pa. ſeq. *Quin & alia cautela*, excluſ.

Eod. cap. pag. 42. num 98. poſt illud, *interdictum Vnde Vi, tenuerit*, dele vſque ad, *Matthæus Vueſenbecius*, excluſ.

Cap. 3. Partis 1. pag. 103. n. 41. poſt illud, *Saxoniæ Ioannem Fridericum*, dele vſq; ad, *Principem, ab anno* 1547. excluſ.

Cap. 5. Partis 1. pag. 171. n. 83. poſt illud, *communis ſit: tamen*, dele vſq; ad, *Carolus Molinæus, contra illam*, excluſiuè. Ibid. inferiùs, poſt illud, *Sed Molinæus*, dele vſq; ad, *ita torquendo text.* excluſ.

Cap. 6. Part. 1. pa. 188. num. 41. poſt illud, §. *emptorem de act. empti.* dele vſque ad, *argumento, ca. qui Sacramento*, excluſ.

Cap. 8. Part. 1. pag. 234. nu. 89. poſt illud, *Verè locum habet*, dele vſq; ad, *eos crebris ingurgitationibus*, excluſ.

In ſummarijs Cap. 10. Part. primæ p. 256. deleantur iſta Summaria, nempe, 49. 52. 61. 68. 71. 72. 73. 76. 77. 81. 82. 85. 89. 98.

Cap. 10. Part. 1. pag. 279. num. 46. poſt illud, *ſequent. verbo intereſſe*, expungantur omnia per ſeptemdecim paginas, vſque ad §. *Cæterum ambigi poterat*, excluſ. qui eſt pag. 295 nu. 102.

Eod. cap. pag. 334. num. 289. ibi, *etiam D. Vueſenbecius*, dele, *D.* Ead. lit. *D.* deleatur præfixa nomini Vveſenbecii, pag. 366. num. 416. & pag. 367. num. 446. Et pag. 410. nu. 154. & pag. 750. num. 109.

Cap. 3. Part. 2. pag. 488. nu. 166. ibi, *tempore papatus in patria mea Altemburgi*, dele, *tempore papatus*. Ibid. paulò inferiùs. 167. ibi, *non quod improbem proceſſum*, pro, *improbem*, corrige, *probem.*

pag. 800. in fine Præfatiunculæ ad Lectorem præfixæ Opuſculo duorũ Titulorum lib. 2. Decretalium, quæ incipit, *Cùm in quarta, &c.* ibi, *ad Vſum & commodum tuum*, dele, & *commodum.*

pag. 802. dele tria integra Anagrãmata de nomine auctoris, cum Inſcriptionibus, & ſubſcriptione.

Ad Titulum Decretalium, extra de Præſcriptionibus, ad cap. *Placuit*, num. 19. pag. 118. initio, expungatur totus §. *Sed huic Vltimo dicto, &c.*

Eod. Titulo, ad caput, *Cùm non licet*, pag. 171. num. 2. expunge nomen *Philippi Melanchthonis.*

Eod. Titul. ad Cap. *Cùm vobis*, pag. 180. num. 15. ibi, *cuius Vicem (ſi dijs placet) in terris gerit*, dele, (*ſi dijs placet.*)

Eod. Titulo, Ad cap. *Quoniam*, pa. 231. num. 32. poſt illud, *impia temporis allegatione*, dele vſque ad, *Hanc ſolutionem innuit*, excluſ.

EX INDICE DELEANtur ſequentia.

Vſuræ

Vsuræ Illicitæ damnantur,] dele, *non autem legitimæ.*
Vsuræ l. eos C. &c.
Vsuræ in contractibus emptionum, &c.
Vsuræ per constitutiones Impery, &c.
Vsuras moderatas in mutuo approbat, &c. Et deinde deleantur proximè sequentes quatuor §§. de vsuris, vsque ad §. *Vsurarum quincuncium renouatiua*, exclus.

MICHAELIS NEANDRI PHRASEOLOGIA
Isocratis Græco Latina, cum Nuncupatoria, & alijs.

EX *Phraseologia Isocratis Græco-Latina, &c. Per Michaelem Neandrũ Sorauiensem. Basileæ per Ioann. Oporinum, Anno* 1558. vt in fine Operis.

In prima Operis inscriptione, post illud, *Neandrum Sorauiensem*, adde, *Auctorem damnatum, liber verò hic cũ expurgatione permissus.*

Expungatur tota epistola Nuncupatoria ad Ioann. Oporinum, cuius initium, *Fui hortator doctiss.* &c. cum inscriptione, & subscriptione.

Deinde deleatur tota Epist, Græca Ioannis Mylij ad Ioannem Oporinum, cuius initium, Συνέγραψα ἐγώ, &c. cum inscriptione.

Item expungatur tota Elegia Græca in Ioannem Mylium, quæ incipit, Μούσα ἐμῶ, &c. cum inscriptione.

Præcidatur quoque totum Poema Latinum Ioannis Gasmanni Iunioris, ad eundem Ioannem Mylium, quod incipit, *Salue Pegasidum, &c.*

SECVNDA CLASSIS.

MARCI MARINI BRIXIANI
Grammatica Linguæ sanctæ

EX *Grammatica linguæ sanctæ Auctore Marco Marino Brixiano. Basileæ, ex officina Frobeniana* 1580.

D. Augustinus Episcopus,] dele, *idololatriam reprehendit.*

Benedictus IX.] dele, *magus, Pontificatum vendit. Pontificatu priuatus, post mortem apparet.*

Bonifacius IIX.] dele, *ambitiosus. Bauaro inueni simile.* Et ibidem, vbi ait, *Hermanni sancti cadauer*, dele, *sancti.* Dein dele, *Sacrilegus, tributis auarus.*

Bonifacius IIX.] dele, *crudelitas.*

Bonifacij IX.] dele, *auaritia.*

Cabbala, &c.

Christianus Rex Daniæ,] dele, *Euangelium recipit.*

Christianus Moguntianus,] dele, *sibi gratulatur.*

Clemens VI.] dele, *auarus* 2511.

Conradus Gesnerus.] dele, *doctissimus euasit.*

Conradi Gesneri,] dele, *encomium.*

Conradus Lycosthenes,] dele, *quatuor beneficia Dei agnoscebat.*

Conradus de Maſpurg.] dele, *Inquiſitor crudelis hæreticos iudicio ferri condentis probauit.*

Conradus Pellicanus,] dele, *Hebraicè doctus.*

Conſtantienſes mutant religionem.

Damaſus II.] dele, *Anteceſſorem ſuum veneno tollit. Pontificatum rapit, veneno ſublatus.*

Domitius Calderinus, dele, *Miſſam contemnit.*

Felix IV.PP.] dele, *ſacram vnctionem inſtituit. excommunicatus.*

Ferdinandus Ponzetta auarus, &c. vſque ad, *Ferdinandus R. Arag.* excluſiuè.

Franciſcus Armellinus, &c.

Franciſcus I.*R.*] dele, *ſacrificulis barbas abradi iuſſit.*

Fridericus Comes de Leiningen, &c. Geneuenſes victoriam,] dele, *mutant religionem.*

Gerardus Petrarcha ſororem, &c.

Gilberta Anglica docta,

Gilberti Cognati puer à Mago corruptus.

Gregorius VI.] dele, *Pontificatus honore priuatus.*

Gregorio VI.*Pontificatus venditus.*

Gregorius VII.] dele, *excommunicatus Legatos Imp. violat. Magus Pontificatu deiectus, propter inueſtituras ſeditionem mouet, in exilio mortuus.*

Hadrianus III.*PP.*] dele, *eripit Imp.ius creandi PP.*

Haraldus Danorum R.] dele, *ſacrorum officiis deditus.*

Heluettorum ad Nouariam,] dele, *fœderis formula.*

Henricus IIX. *R. Angl.*] dele, *auaritiam ſacerdotum coercet, mutat religionem, caput Eccleſiæ Anglicanæ.*

Hermannus Epiſcopus Colonienſ.] dele, *religionem mutat.*

Hieronymus de Praga Huſſi diſcipulus, &c. vſque ad, *Hieronymi Peripatetici,* excl.

Hippolytus Eſtenſis,] dele, *inceſtuoſus, riualis fratris.*

Innocentius I.PP.] dele, *& ſacram vnctionem.*

Ioannes Caluinus aſthmate obiit.

Ioannes de la Caſa Poeta obſcœnus.

Ioannes Coletus ſacras, &c. vſque ad, *Ioannes Colonienſis,* excluſ.

Ioannes Damaſcenus,] dele, *Mahometi religionem ſimulauit.*

Ioannis Dullardi de Grammatico iudicium.

Ioannes Gerſon Theologus Pariſienſis, &c.

Ioannes Huſſus combuſtus, &c. vſque ad, *Ioannes Iacobus Medices,* excl.

Ioannes Maria Montanus,] dele, *intemperans.*

Ioannes Monteſſorus hæreticus.

Ioannes Oecolampadius climaſterico, &c. vſque ad, *Ioannes Oldecaſtellius,* excluſiuè.

Ioannes VII.PP. *fœmina partu periit. Scortum.*

Ioannes IIX.PP.] dele, *mulier, aliàs dicta Gilberta, Anglica meretrix.*

Ioannes XI.PP. *amator ſcortorum,* vſque ad, *Ioan.* XII. excl.

Ioannes XII.] *dele, crudelis in Cardinales, &c.* vſque *ad, Heroldum Archiepiſcopatu,* excluſ.

Ioannes XIII.PP.] dele, *improbus.*

Ioannes XX.PP. *magus.*

Ioannes XXI.PP.] dele, *magus auarus.*

Ioannes XXII.] dele, *imago cremata.*

Ioannes Ziſca,] dele, *fortiſſimus dux.*

Iobus,] dele, *natalem ſuum execratur.*

Irene Imp.] dele, *cultum ſtatuarum introduxit.*

Leo III.PP. dele, *accuſatus abſoluitur.*

Leo IX.PP.] dele, *veneno ſublatus.*

Leo

Leo X. PP.] dele, *intemperans liguritor morionibus delectatus.*

Leonis X. PP.] dele, *ius Pontificium & decretum comburit Lutherus.*

Ludouicus Bauarus,] dele, *electionis ius* ⸗*mp. confirmat.*

Magicum indusium.

Martinus Lutherus climacterico, &c. vsque ad, *Martinus Martyr*, exclus.

Mathildis Vuelfonis,] dele, *Gregorio* VII. *patrimonium* Petri *donauit.*

Nicolaus II. PP.] dele, *veneno sublatus*

Nicolaus III. PP.] dele, *auarus.*

Nicolaus IV.] dele, *pœnitentibus non vult ignoscere, successorem è suo numero designat.*

Nicolaus V. PP.] dele, *vinosus.*

Noachus] dele, *à Chamo impotens redditur.*

Otho Henricus Palatinus *mutat Religionem.*

Paulus II. PP.] dele, *amans gemmarum auarus, gulosus, osor studiorum, luxu victus.*

Pauli II. PP.] dele, *auaritia in hæreditatibus.*

Paulus III. PP.] dele, *Petro Aloysio prædixit, vt caueret sibi.*

Petrus Apostolus,] dele, *adorationem respuit.*

Petri Kesseleri coniugium, superstitiosum votum.

Philippus Melanchthō climacterico, &c. vsque ad, *Philippus Melior*, exclusiuè.

Raphael Vrbinas] dele, *eius iocus.*

Sergius III. PP. *adulterium, &c.* dele vsque ad, *Sergius* IV. exci.

Sfortia M.] dele, *cucullatis in scribendo vsus.*

Sigismundus ⸗*mper.*] dele, *tres Pontifices deiicit.*

Syluester II.] dele, *ad cadaueris sui miracula prouocat magus.*

Syluestri II. *oraculum, &c.*

Theophylactus Patriarcha equorum, &c. vsque ad, *Theopolis*, excl.

Tigurini,] dele, *mutant religionem.*

Vessellus Gransfortius Philosophus de fide dubitat.

Victor II.] dele, *veneno sublatus.*

Volfgangus Capito Hebraicè doctus.

Volfgangus Musculus,] dele, *per se didicit linguam Syriacam.*

Zischa multa armenta intercipit prudenter,] dele, *prudenter.* Deinde dele, *Monachis infestissimus*, Pragensibus *prudenter consulit.*

Theatrum tamen vitę humanæ editionis parisiensis, apud Sonnium, 1571. ⸗*tem.* Editionis Basileensis, per Eusebium Episcopium 1586. juxta superiorem expurgationem omnino corrigatur.

THEOPHRASTI PARACELSI
Chirurgia minor.

Lib. 2. cap. 7. tribus aut quatuor foliis ante finem cap. deleantur illa verba, *Hæc non admiror: cùm in medicina maior impostura sit à sanctorum vicariis vsitata,* &c. vsque ad illa verba, ⸗*tem fritellam infernalem erga suos superiores.*

Libr. de cutis apertionibus, cap. 3. versus finem deleantur illa verba, *Ad hunc modum etiam Christus locutus est non omnibus sapientibus*, vsque ad illud, *post monachos nulla gens medicis contemptior existat.*

Lib. de cura vlcerum, cap. 1 ad medium, deleantur illa verba, *Sancti, pyque viri, strictam in eremis viuendi rationem seruarunt: non vt nonnulli*

dicunt, &c. vsque ad illud, *non ob sanctimoniam, aut meritum erga Deum: sed propter sobrietatem, quæ decuit eius officium.*

Libr. de vermibus, & serpentibus, cap. 1. statim post initium, deleantur illa verba, *Quinam tamen homo primus Adam hæc omnia nouerit, & naturam ipsam*, &c. vsque ad finem totius capitis.

Eodem libr. cap. 2. cuius initium est, *Quo progressu tamen id fiat*, deleatur totum.

Eod. lib. cap. 4. cuius initium est, *Multò maiora*, deleatur totum.

Eod. lib. cap. 10. ad medium deleantur illa verba, *Quamquàm admitto imaginationem, & fidem esse tam potentes, vt per eas nos ipsos*, &c. vsque ad finem capitis.

SECVNDA CLASSIS.

IN THEOPHILACTVM NOTÆ Marginales.

EX *Notis Marginalibus ad Theophilactum in omnes Diui Pauli Epistolas ex recognitione Philippi Montani, Antuerpiæ, Apud Ioannem Stelsium*, 1564.

Ad Rom. cap. 3. ad fin. super illud, *Vbi est ergo gloriatio tua*, fol. 417. dele marginalem, *fide iustificamur.*

Cap. 9. super id, *ergo cuius vult miseretur*, fol. 439. dele marginalem, *longanimitas Dei nequiores*, &c.

Cap. 10. super id, *Testimonium enim illis perhibeo*, fo. 441. dele marginalem, *iustitia Dei ex fide, &c.*

Cap. 11. super illud, *vt probetis vos quæ sit voluntas Dei*, fol. 448. dele marginalem, *Velle Dei varium.*

Et paulò inferiùs dele marginalem, *bona multa Deo ingrata.*

Eod. cap. super id, *odio prosequentes quod malum est*, fol. 449. dele marginalem, *charitas noxia.*

Cap. 13. in fin. super id, *& carnis curam ne gesseritis*, fol. 453. deleatur marginalis, *caro si benè valet*, &c.

Cap. 14. super illud, *Alius quidem credet*, fol. 454. dele marginalem, *delectus ciborum*, &c.

Ad Corinth. 1. cap. 1. super id, *aut in nomine Pauli*, fol. 466. deleatur marginalis, *non qui baptizat peccata*, &c.

Eod. cap. super id, *quia quod stultum est*. fol. 467. dele marginalem, *stultum Dei, &c.*

Cap. 7. in principio, fol. 481. deleatur marginalis, *matrimonium tutius est.*

IN THOMÆ CAIETANI COMMENTARIIS in D. Thomam errores, qui fraude hæreticorum irrepserunt.

EX *Commentariis Thomæ à Vio Caietani in 22. D. Thomæ Antuerpiæ. Apud Viduam & hæredes Ioannis Stelsij* 1567.

Quæ-

Quæstione 122. art. 4. vers. *Adhoc dicitur, quod corporalia opera*, pag. 418. col. 2. post illud, *deferre crucem & huiusmodi*, dele, *sed hæc sunt omnino illicita, & non amplectenda, quia sunt pars mali cultus*, quæ verba fraude hæreticorum irrepsere; cum vera Auctoris lectio sit, *Et hæc sunt omnino licita & amplectenda quia sunt pars diuini cultus.*

Et paulò inferiùs, post illud, *ad Missam, Vesperas*, dele, *Et hæc quoque proculdubio sunt omnino illicita & impia*, quæ similiter verba fraude hæreticorum deprauata sunt, horum verborũ loco, *Et hæc quoque proculdubio sunt omnino licita & sancta.*

Et caue, si quid simile inuenias; timeri enim potest eosdem hæreticos alia huiusmodi suppositisse.

THOMÆ MORI LVCVBRATIONIbus adiunctæ Epistolæ.

EX Thomæ Mori Angliæ Ornamenti eximij, lucubrationibus, &c. quibus additæ sunt duæ aliorum Epistolæ de Vita, moribus, & morte Mori. Basileæ apud Episcopium F. 1568.

In Epistola Guilielmi Budæi ad Thomam Lupsetum Anglum, cuius initium, *Gratiam sanè*, pag. 6. in fine, post illa verba, *communionis legẽ*, dele vsque ad illa, *Vtopia verò*, exclus. Et p. 11. post illa verba, *quod Erasmi*, dele, *am cus est*, excl.

In Epist. G. Courini ad Phil. Mõr. cium initium, *Quoniam iuxta*, pagin. 524. ad finem, post illud, *maleuolentia peccasse*, dele vsque ad, *Hoc sibi penitus*, exclus. Et pag. 530. sub initium, post illud, *quam mortem oppetere*, dele vsq; ad, *Ad demiror*, exclus.

TVCCI TVCCII ANNOTATIONES in Canticum Canticorum.

EX Tuccij Tuccii Lucensis Annotationibus in Canticum Canticorum, Lugduni, Apud Horatium Cardon. 1606.

Pagina vltima Præfationis ad Lectorem, ad finem, post verba illa, 1. *Cor.* 4. dele omnia vsque ad illa, *Et hæc sunt* excl.

Pag. 1. Annotationum, in Argumento Annotationis primæ, post illud, *primæ partis*, dele vsq; ad, *& item initium*, exclus.

Annotatione, *Osculis*, Præmisso 1. ad finem pag. 24. post medium, post illud, *necessitatem includunt*, dele vsq; ad, *Quod enim Græci, &c.* exclus.

Ibid. Præmisso 2. pag. 26. ante medium, post illud, *supplicijs me cruciant*, dele vsque ad, *Et sicut cæli nomen*, exclus.

Annotatione, *Amor*, Præmisso 2. pag. 54. initio. post illud, *& nomen* דודו *dodai*, dele vsque ad initium versus Hebraici, *Chi Tobim*, exclus. Et infra post vltimum versum Græcum dele, *Sed.*

Annotatione eadem, & Præmisso, post medium pag. 58. ad medium, post versum, *Sic Amanti suo somnum dabit.* dele vsque ad, *singulariter* לידידו *lidido*, excl.

Eadem Annotatione Præmisso 4. pagin. 69. post medium, post illud,

πολέμῳ, dele vsque ad, *Hoc est*; *Iudæi*, excl.

Eadem Annotatione ad finem Præmissi 4. pa. 73. post illud, *Comprobatum est*, dele omnia vsque ad finem Præmissi.

Annotatione eadem, Præmisso 5. pag. 75. initio, post illa verba præcedentis paginæ, *Emori L. 4, 355.* dele vsque ad, *Vnum est* excl.

Annotatione, *Amor*, Loco 2. pagin 86. initio, post illud, *amores tuos significat*, dele vsque ad, *Vt pote cum fœmineo*, excluſ.

Ibidem, ad finem Loci 2. pagin. 88. linea penultima, dele, *Non autem.*

Eadem Annotatione Loco 10. pagin. 102. lin. 1. post versum, *Qui pascit rosis*, dele, *Non autem Vt.*

Eadem Annotatione & Loco p. 102. post medium, ibi, *Vt non, Qui pascitur*, adde, & lege, *Vt non solum, Qui pascitur*, & ibi, *Sed, Qui pascit*, lege, *Sed etiã Qui pascit.*

Annotatione, *Amor*, Loco, *Mammæ II.* pag. 112. lin. vltim. dele verba illa: *Non autem liliȝ.*

Annotatione, *Amor*, Loco 12. & 13. pagin. 114. à medio, post illud, *Vbera tua vino*, dele vsque ad, *Amores tuos, sicut, &c.* excl.

Ibid. Loco 14. pag. 118. post medium post vltimum versum Græcum, dele, *Non autem.*

Ibidem pag. 119. ante medium, post versum, *Veniet amor meus in hortum suum*, dele, *Non autem.*

Annotatione, *Amor*, Loco 15. p. 121. post versum, *Et inebriamini fratres*, dele omnia vsque, *Amorem Latini*, &c. excl.

Eadem Annotatione, Loco 16. pagin. 126. post versum, *Vox nepotis mei pulsat*, dele vsque ad initium versus Græci, φωνὴ τοῦ, excl.

Eadem Annotatione, Loco 17. pag. 128. ante medium, post illud, *Latinis Dilectus*, dele vsque ad, *Amorem, sicut Vbi, &c.* excluſ.

Ibidem pag. 129. ad medium post, *Sonabunt & turbabuntur*, dele illud, *Non autem.*

Eadem annotatione, *Amor*, Loco 17. pag. 130. lin. 1. post verbã illa, *congruaque cõuersio*, dele omnia vsque ad, *Sed redeo ad Versus*, excluſ.

Ibidem pag. 131. post versum, *Durum tibi contra stimulos calcitrare*, dele, *Non autem stimulum.*

Eadem Annotatione, Loco 18. 19. pag. 132. lin. vltima, post versum. *Nepos meus transit*, dele vsque ad primum versum Hebraicum, קמתי, &c. exclusiuè.

Ibidem Loco 27. *Capilli*, 2. pag. 152. ante medium, post illa verba, *quæ mihi placent*, dele omnia vsque ad illud, *qui eorum, amorem testantes, sanguinem fundunt*, excl.

Ibidem, pa. 153. ad finem post illud, *Aliter nos Vertimus*, dele vsque ad illud, *Sed de illis binis Versibus*, exclusiuè.

Eodem Loco 27. *Labra V.* pag. 157. ad medium, post illud, *Myrrham vltra*, dele illud, *Non lilia*,

Ibidem, *Venter VII.* pag. 161. ad medium, post illud; *Deduximus Præmiſ. 3.* dele, *Non autem.*

Ibidem Loco 34. 35. 36. pag. 182. à medio, post vltimum versum Græcum, dele illud, *Non autem.* Et paulò inferiùs, post illud, *quod vnum & idem*, dele vsque ad illud, *Amor meus, &c.* excluſ.

Ibidem, Loco. *Mammæ VI.* pag. 190. à medio, post illud, φιλήσω σε, dele vsque ad illud, *Quis dabit te, Vt*, excluſiuè.

Ibidem Loco 38. pag. 193. à medio, post illud, ἐρωτὶ αὐτῆς, dele, *Non autem*

autem. Et paulò inferiùs, post illud, *neporem suum*, dele vocem, *Neque*.

Annotatione, *Vinea*, pag. 215. post medium, ibi, *Non autem pluraliter, quemadmodum, &c.* dele illud, *Non autem*.

Ibid. pag. 224. prope medium, post illud, *Qua sententia*, dele totam parenthesim, vsque ad, *qualis quæso*, exclus.

Ibid. pagin. 225. lin. 3. ibi, *hemistichium restituimus*, dele, *restituimus*, & repone, *reddimus*.

Ibidem, Præmisso I. pag. 231. initio, post illud, *flagrãtibus vitijs*, dele illud, *Non autem*. Et paulo inferiùs, dele illud, *Non enim, Vbi prædicamentum: sed*.

Ibidem, pagin. 232. ad finem, post illud, *quod spopondit*, dele, *Non autem*.

Ibidem, pag. 234. ad finem, post illud, *germana conuersio*, dele omnia vsque ad, *Quoniam huiusmodi, &c.* exclus.

Ibid. Præmisso 2. pag. 239. à principio, ibi, *aptè & emendatè vertendo*, dele, *& emendatè*.

Ibid. Præmisso 3. pagin. 243. initio, post illud, *vocabulis scribens*, dele vsque ad, *Cùm non deesset, &c.* excl.

Ibid. pag. 246. post initium, post illud, *Hebræa sonant*, dele, *Non autem*, & paulò inferiùs, post illud, *& steterunt*, dele vsque ad, *Nisi dicamus*, exclus.

Ibid. pag. 247. ad finem, ibi, *Non autem steterunt*, dele, *Non autem*. Et paulò inferiùs, ibi, *non respondet*, dele, *non*, & seq. pag. 248. lin. 2. ibi, *Nisi eo modo*, dele, *Nisi*.

Ibid. pag. 248. ante medium post illud, *raperetur fugerunt*, dele omnia usque ad illud, *Vnde D. Hieronymus*, excl.

Ibid. pag. 249. circa medium post vltimum versum Græcum, cuius finis, σώτει, dele omnia vsque ad, *Qualis tenebris, &c.* excl.

Ibid. Præmisso 4. pag. 253. parum à principio, post illud, *supradictis*, dele, *Non autem*.

Ibid. pag. 260. proximè à principio, post vocem Hebraicam, *Merenhim*: dele illud, *non sodales, vt Vulgata*.

Annotatione, *Pastrix*, Præmisso 4. loco 2. pag. 270. ad medium, post illud, τῷ ἱματισμῷ, dele vsq; ad, *Aureis namque*, excl. Ibid. prope finem, post illud, *Vestis aurea*, dele vsque ad, *ex loco Isaiæ*, exclus.

Annotatione *Rosa 6.* pag. 297. ante medium, ibi, *Reddi oportet*, pro, *oportet*, lege, *potest*, & paulò inferiùs, ibi, *significationem peruertunt*, dele, *per*. Et inferiùs, post illud, *Fulcite me floribus* dele omnia vsque ad illud, *Quamuis nomen*, exclus.

Ibid. pag. 298. ad medium, post illud, *Differentes dicimus*, dele vsque ad illud, *Sed* יש *Tsits*, excl.

Ibid. pagin. 304. lin. 4. post vocem *Scio Sciannah*, dele vsque ad illud, *Quibus agnitis*, exclus.

Ead, Annotatione, Causa 1. pag. 305. ad medium, post illud, τῶν θυσατέρων, dele omnia vsque ad illud pagin. sequentis, post initium, *nos vertimus*, excl.

Ibid. Causa 2. pag. 310. ad medium, post illud. *Sequamur & Græcorum*, dele vsque ad, *propter nomen*, exclusiuè.

Ibidem pag. 311. versus finem, post illud. *Consentaneum est igitur*, dele vsque ad illud, *Amor meus mihi, &c.* excl.

Ibidem Causa 3. pag. 317. circa finem post illud, *ferrugine pingit*, dele, *Non autem*.

Eadem Annotatione, *Rosa*, Causa 4. pagin. 321. ante medium post illud,

Crescentius lib. 5. 48. *& alij*, dele omnia vsq; ad illud, *Cùm Salomonis Canticum*, excl.

Ibidem pag. 328. Titulo, *Rosa*, post illa verba, initio paginę sequẽtis post initium, *Tertio & Vltimo respondetur*, excl.

Ibidem, pag. 334. post initium, post illud, *& lætitiam significare*, dele vsque ad, *vndecim loci Cantici*, exclusiuè.

Annotatione, *Phiala*, in Argumento Annotationis, pag. 344. post illud *examinatur*, dele vsq; ad, *Phialis nomen* excl.

Ibidem, in Præmisso, pagin. 342. à medio, ibi, *Diuorum statuas, species, figuras, simulachra*, dele, *statuas*, & *simulachra*.

Eadem pagina paulò inferiùs, post illud, *sanctorum imagines*, dele vsque ad illud, *ab Apostolicis Vsque*, exclusiuè.

Eadem Annotatione Titulo, *Phiala*, pag. 344. post initium, post verba illa, *sustentare exponitur*, dele vsque ad illud, *Nomen* רְפִידָה, *Refidah*, excl.

Ibidem inferiùs versus finem, in illis verbis, *Non flores significat, sed ad laticis*, dele, *non flores*, &, *sed*.

Ibidem pag. 347. ad medium, post illud, *Sitiente viuum*, dele, *Non autem Vt*.

Eadem Annotatione, pag. 359. post initium, post illud, *Et non sustentans*, dele omnia vsque ad illud, *Videntes me, à proprijs, &c.* excl.

Ibidem pag. 360. ante medium post illud, *Quia amore langueo*, deleatur vsque ad illud, *Verum mihi quidem*, excluſ.

Ibidem pag. 364. à medio, post illud, φιλτρω, *Nam amore saucia*, dele vocula, *Nec*.

Annotatione, *Cincinni*, pag. 384. versus finem, ibi, *quod non dicit sponsus* dele, *non*. Et pagin. 385. lin. 1. dele, *Neque corticibus*.

Ibidem, pagin. 392. circa finem ibi, *Non laminam*, dele, *Non*.

Ibidem, pagin. 397. à principio, ibi, *Non Cincinnos, sed comam significet*, dele, *non*, & pro, *sed*, lege, *&*.

TERTIA CLASSIS.

THARGVM SIVE PARAphrasis Chaldaica.

AD Thargum, siue Paraphrasim Chaldaicam, cuiusuis editionis, initio operis loco Antidoti apponatur hæc Cautio.

MOnemus orthodoxum lectorẽ (quod à plerisque pijs & eruditis viris est obseruatum) Thargum, siue Chaldaicam Paraphrasim, quæ in omnes ferè veteris Testamenti libros circumfertur; quamque à diuersis, nõ Christianis, sed Iudæis Auctoribus prodijsse certum est: corruptam & deprauatam plurimisque locis Iudaicis fabulis, & Thalmudistarum nugis conspersam esse; perfidi Iudæorum populi,

populi laudes & elogia continere: non pauca Scripturæ sacræ testimonia à vero, & Catholico sensu detorquere, praua etiam dogmata interdum immiscere: nonnunquam à vera & genuina lectione, atque interpretatione, quam Ecclesia probat, dissentire. Idcirco neq; adeo magni faciendam neque ex eius auctoritate, satis firmũ argumentum duci: sed caute, & cum iudicio vbique legi oportere.

THEATRVM CHEMICVM.

EX Theatro Chemico, Præcipuos selectorum Auctorum tractatus de Chemia, & Lapidis Philosophici antiquitate, veritate, iure, præstantia, & operationibus continente, &c. In tres partes seu volumina digesto, &c. Vrsellis, ex officina Cornelij Sutorij. 1602.

VOLVM. 1.

In opere Gerardi Dornei, Artis Chemisticæ lib. primo Epistola Exhortatoria eiusdem Gerardi, eidem libro præfixa, quæ incipit, *Scio vos non latere fratres*, &c. pag. 217. tota expungatur.

In Secunda Parte Speculatiuæ Philosophiæ, &c. in Præfatione Auctoris ad Lectorem, quæ incipit, *Postquam Chemisticæ*, pag. 258. ad medium, post illud, *Dedissem operam. Tandem*, dele vsque ad, *doctrina prouectus*, exclusiuè.

Cap. 6. pagin. 297. in fine, post illud *in Theologicas, & Ethicas*, dele vsque ad illud initio seq. pag. *quæ dicitur Ethica*, exclus.

In Tractatu de Naturæ Luce Physica, in argumento totius Opusculi pag. 369. in medio, post illud, *increatũ esse matrem*, dele vsque ad, *creaturarum omnium naturalium*, exclusiuè.

Titulo, *De principio creationis*, ad verba illa, *In principio creauit Deus cælum & terram*, pag. 379. §. *Scripsit etiam antea, &c.* dele totum §. vsque ad §. *Vt tandem ad principij*, exclus. qui est pag. 381. initio.

Ibidem pag. 381. à medio, §. *Vt tandem ad principij*, ibi, *huius mysterij magni increati*, dele, *increati.*

Ibidem verba illa, *Creauit Deus cælum & terram*, pagin. 383. in fine, post illud, *omnium primam materiam*, dele vsque ad §. *Cæterum operis*, exclusiuè.

Ibidem ad verba illa, *Et vidit Deus lucem, quòd esset bona*, post illud, *minoris existimationis*, dele vsque ad, *Ergo videre Dei bonum*, excl.

VOLVM. 2.

In Georgij Riplei Angli in librum suum XII. Portarum Prologo, versu 3. ibi, *Et triplex in Deitate*, dele, *triplex.*

In Richardi Anglici Rosario Minore, cap. 2. pag. 481. post illud, *creatura est illa, & delectabilis*, dele vsque ad *Ista sunt in Mercurio solo*, exclus.

VOLVMINE 3.

Pagin. 118. expunge totum tracta-

tum Arnaldi de Villanoua, qui inscribitur, *Liber perfecti magisterij qui lumen luminum*, &c. & incipit, *Scias charissime, &c.*

In Dictis Alani Philosophi de Lapide Philosophico, in Carmine Ignoti, quod incipit, *Est quadam ars nobilis*, pagin. 828. deleantur quatuor vltimi versus eiusdem Carminis.

In Processibus Chemicis, totus Quartus processus, qui est pag. 853. & incipit, *Introitus Missæ. sub tono. &c.* expungatur cum sua inscriptione, quæ incipit, *Addam & processum, &c.*

In Quadrigæ Auriferæ Secunda Rota Georgij Riplei, in Prologo Libri duodecim Portarum, sub initium Prologi, quod incipit, *O lumen incomprehensibile*, pag. 898. ibi, *& triplex in Deitate*, dele, *triplex*.

In Epistola Nicolai Bernandi ad Lectorem Philochimum, quæ incipit *Multa, & ea quidem*, pag. 959. sub initium, *quæque Theophrastus ille germanus*, dele, *ille germanus*, Et paulò inferiùs, ibi, *mutatis aptissimè coniunxit*, dele, *aptissimè*.

THEATRVM POETICVM
Atque Historicum ex varijs.

EX Theatro Poetico, atque Historico siue ex Officina Io. Ranisij Textoris, post Cõradi Lycosthenis vigilias ad meliorem ordinem redacta, dispositа, &c. Aucta ex Nathalis Comitis Mythologia libris aliquot, & Geofredi Linocerij Mithologia Musarum libello, cum Syntagmate de Musis Lilij Giraldi, &c. Basileæ, Typis Conr. VVald. Kirchij, 1610.

In prima operis inscriptione, post illud, *Conradi Licosthenis*, adde, *Auctoris damnati: quod huic operi adiecit, cum expurgatione permissum.*

In Epistola Ioannis Ranisij Textoris ad Gaufredum Pompadoræum, cuius initium, *Omnium qui Latinam*, pag. 2. in fine. post illud, *ausus est in Erasmum*, dele vsq; ad illud, *insurgere, annotationesque*, excl.

Ead. Epist. pag. 7. ad medium, post illud, *Theologiam fastidiunt quàm plurimi*, dele vsque ad, *Contra verò historiam nulli refugiunt*, excl.

Lib. 2. cap. 31. pag. 110. ad finem, §. *Scitum est ex Chronicis*, dele totum §. vsq; ad §. *Dicaarchus apud Celsum*, exclus.

Lib. 4. Cap. 12. pag. 345. in medio, §. *Ioanna Anglica ab ephebis*, dele totum §. vsque ad, §. *Alpaides virgo, quum*, excluſiuè.

Lib. 5. Cap. 51. initio Capitis, pagin. 641. ante medium, ibi, *Holofernes ebrius ab vxore Iudith interfectus est*, dele, *vxore*.

EX INDICE RERVM Et verborum, dele.

Ioanna Anglica ab ephebis sexum virilem similem simulans ad Pontificatum peruenit 110. *quibus artibus sit adepta Pontificatum*, 345.

PRIMA

V.

PRIMA CLASSIS.

VALENTINI FORSTERI DE Iurisdictione Romana libri duo.

EX *Valentini Forsteri VViteber-gensis De Iurisdictione Romana libris duobus, &c. Helmæstadij, Typis Iacobi Lucij, &c. anno* 1610.

In prima Operis inscriptione, ibi, *Clarissimi Iurisconsulti*, dele, *clarissimi*. Et post illud, *Forsteri VVitebergensis*, adde, *Auctoris damnati*. Deinde ibi, *In Academijs celeberrimis*, dele, *celeberrimis*. Et paulò inferiùs, post illud, *Libri duo*, adde, *prohibiti: cum correctione verò permissi*. Item ibi, *annotationes elegantes ad leges*, dele, *elegantes*.

Post Epistolam Dedicatoriam, præcidatur tota vita Valentini Forsteri, cuius initium, *Vetus est & per honesta, &c.*

PARTE 2. OPERIS.

In Annotatione ad Legem I. Numæ, *De Deorum cultu*. Titulo, *De quatuor Concilijs vniuersalibus*, §. *Tertium* † *genus consistit*, pag. 296. num. 11. ibi, *quod à Pontifice Romano nunc indicitur*, dele, *nunc*. Deinde post illud, *fidei Christianæ negotium*, dele vsque ad, *De auctoritate horum Conciliorum*, exclusiuè.

In Annotatione ad Legem II. Numæ. *De Sacerdotibus, eorumque diuisione*, Titulo, *De Ecclesiasticis functionibus, & muneribus, &c.* §. *Post* † *cæteri Apostoli*, pag. 308. num. 15. post illud, *sibi commissum pascant*, dele vsque ad finem §. Deinde expunge totum immediatè sequentem. qui incipit, *Paulò* † *post, ne ambitione, &c.*

Ibidem §. *Hi* † *fuere ordines*. pag. 311. nu. 23. dele totum §. & alium immediatè sequentem §. vsque ad §. *Hic* † *Caius Pontifex fugiens*, excl. Dele etiam vocem, *Hic*.

Ibidem, §. *Postremo* † *accessit*, pag. 314. n. 33. post illud, *Cardinalium, dignitas*, dele vsque ad, *Cuius dignitatis quãtasit*, excl.

Ibidem, §. *Hæreticum* † *definiunt*, pag. 319. num. 6. post illud, *D. Augustinus in lib. de hæreticis*, dele vsque ad finem §. ad num. 7. exclus.

In Annotatione ad Legem Tertiã, *De Priuatorum iure*, Titulo, *De iuramento fidelitatis subiectionis, & securitatis, Hoc loco obseruandum*, pag. 456. num. 137. dele totum §. ac deinceps dele sex alios immediatè sequentes §§. vsque ad §. *Secunda* † *species iuramenti*, excl. qui est pagin. 460. num. 143. exclus.

In Annotatione ad Tertiam legem Decemuiralem, *Cadauer* † *ne vngito, &c.* §. *Exemplo Ethnicorum etiam primitiua Ecclesia*, pag. 516. ad finem, expunge verba illa, *Exemplo Ethnicorum etiam*.

Ibidem, §. *Cæperunt* † *& imagines*, pag. 557. num. 37. dele totum §.

In Annotatione ad Legem IX. Numæ, *De homicidio*, Sectione 6. pa. 674. num. 2. post illud, *cum è medio tollere*, dele vsque ad §. *In eam rẽ afferri*, excl.

EX INDICE DELEANTVR sequentia:

Episcoporum electio fuit, etiam apud re-

ges, &c.

Imagines sanctorum cur erigantur.

Ius eligendi Pontificem præter Carolum, &c.

ITEM DE HISTORIA IVRIS Romani libri tres.

EX *Eiusdem Valentini Forsteri, de Historia Iuris Romani Libris tribus, &c. Helmestadij, Typis Iacobi Lucij, &c. anno* 1610.

In prima operis inscriptione, ibi, *Iurisconsulti Clarissimi*, dele, *Clarissimi*. Deinde ibi, *In Academijs Germaniæ celeberrimis*, dele, *celeberrimis*. Et paulò inferiùs, post illud, *& consiliarij, &c.* adde, *Auctoris damnati*. Et post illud, *Libri tres*, adde, *cum expurgatione permissi*. Deinde ibi, *ex Auctoris iam piè defuncti*, dele, *piè*.

Lib. 3. 41. §. *Annas † Burgius*, pagin. 704. num. 40. post illud, *Consiliarius regius factus*, dele vsque ad, *Parisijs in profecto*, excl.

ITEM DE SVCCESSIONIBVS Ab intestato.

EX *eiusdem Valentini Forsteri, de Hæreditatibus, quæ ab intestato deferuntur, Libris nouem, &c. Moguntiæ, excudebat Balthazarus Lippius, &c. Anno* 1607.

In prima Operis inscriptione ibi *Iurisconsulti clarissimi*, dele, *clarissimi*, & substitue, *Auctoris damnati*. Et post illud, *plenè tractantur*, adde, *prohibiti quidem: cum expurgatione verò permissi*.

Post epist. Dedicatoriam deleatur totum Carmen cum inscriptione, quod incipit, *Vt natis genitor, &c.*

In Indice Argumentorum seu Capitum, &c. qui operi præfigitur, Lib. 6. cap. 5. dele, *Falsam esse quoque cõmunem opinionem, qua asseritur &c.*

Ex Opere, Lib. 6. cap. 3 nu. 1. pagin. 365. col. 2. ante medium, post illud, *& adulterij causa permittuntur*, dele vsque ad, *Sic & in plerisque Christianorum*, excluſ.

Totũ Caput 5. quod incipit, *Quemadmodum Iustinianus, &c.* pagin. 367. col. 1. omnino expungatur cum Argumento, & Summarijs.

Cap. 24. pagin. 422. tota Quæst. prima, quæ incipit, *Dubitari sanè non incommodè &c.* omnino expungantur.

Eod. Cap. Quæst. 2. nu. 10. §. *Apertè igitur*, pag. 423. col. 2. propè med. post illud, *sed vbicunque terrarum sint*, dele vsque ad, *legitimos reddere posse*, exclusiuè.

Eod. Cap. Titulo, *Imperator an legitimare possit*, Quæst. 2. num. 29. pagin. 427. colum. 2. dele ab initio Quæstionis vsque ad §. *Quæri igitur nunc potest* excluſ.

Lib. 7. Cap. 9. n. 18. §. *Ex quo Panormitanus*, pag. 507. col. 1. ante med. dele totum §. vsque ad *Casta enim*, excl.

VALENTINI

VALENTINI SCHINDLERI LEXICON Pentaglotton.

EX *Lexico Pentaglotto, Hebraico, Chaldaico, Syriaco, Thalmudico, Rabbinico, Arabico, &c. Collecto, & concinnato à Valentino Schindlero Oederano; &c. Francofurti ad Mœnum, Typis Ioannis Iacobi Hennei,* 1612.

In prima Operis inscriptione, ibi, *Versionibus, doctè, amplè,* dele, *doctè.* Deinde, ibi, à *Clarissimo, & doctissimo viro, D N. Valentino,* dele, *clarissimo, & doctissimo viro, D N.* Et post illud, *quondam Professore,* adde, *Auctor damnato.* Item, post illud, *Bibliis Regiis collatum,* dele vsque ad, *in lucem editum.* Et post vocem, *editum,* adde, *prohibitum, cum expurgatione permissum.*

Post operis inscriptionem dele totam Præfationem Ioan. Rulandi ad lectorem, cuius initium, *Studij nostri, quod rei literariæ,* &c. finis verò, *cum fructu fœliciter vtere.*

Deinde expungatur totum Proœmium Ioan. Caselij, cuius initium, *Et sapientissimum patrem, &c.* cum inscriptione, & subscriptione. Et post Proœmium, deleatur totum poema Hebraicum Gu. Ithem Keucheni, quod incipit, הוֹי כל cum inscriptione, & subscriptione.

In Radice, אבה, col. 10. §. *Apud Iudæos,* ibi, *contra in monasteriis Abbas,* dele vocem, *contrà.*

In Radice, אדם, columna 26. §. *Propr.* אדם *Adam,* post illud, *Hier. Edom.* dele vsque ad, *Masius. Quid in,* excl.

In Radice, אהל, colum. 32. §. *II. Plural.* אֹהָלִים post illud, *Hier. & Pagn.* vt *tabernacula,* dele vsque ad, *Germanicè,* excl.

In Radice, אוה, col. 36. §. III. תַּאֲוֹת. post illud, *collium æternorum,* dele vsque ad, *Num.* 34. *Vers.* 10.

In Radice, אזן, col 51. §. *Nom. Subst.* אֹזֶן post illud, *qui est in Ierusalem,* dele vsque ad, *Ios.* 8. *Vers. vlt.*

In Radice, col. 99. versus finem, §. *Non* אַף *pro,* post illud, *accepit pro* אַף, *ira* dele vsque ad, *Germ. Vor deine,* excl.

In Radice, אנש colu. 100. à medio, post illud, *Lat. hominis,* dele vsque ad, *Fœm.* אֲנוּשָׁה, *desperata,* excl.

In Radice, ארן, col. 123. in medio, ibi, *testatur auctor Epistolæ ad Hebræos,* pro, *Auctor Epistolæ,* scribe, *Paulus.*

In Radice אשם. col. 152. §. II. אָשֵׁם, *est,* ibi, *Hosiander, rei erunt,* dele, *Hosiand.*

In Radice, בון, colum. 169. liter. B. post illud, *Hieronymus, mugierunt,* dele vsque ad, *Esther* 3. *vers.* 15. excl.

In Radice, גוח. col. 291. lit. C. post illud, *cornu feryt,* dele vsque ad, *Mich.* 4. *Vers.* 10. excl.

In Radice, גלח col. 317. lit. C. post illud, גַּלָּח, *rasus,* dele vsque ad, *Plur.* גַּלָּחִים, excl.

In Radice, גמל, col. 322. D. post illud, *in oriente tenuiores homines,* dele vsque ad, *Syriacè* בקא, excl.

In Radice, גרר col. 336. D. ibi, *loquitur Auctor Epistolæ ad Hebr.* pro, *Auctor Epistolæ,* repone, *Paulus.*

In Radice, דוד, col. 371. A. post illud, *Verum non conuenit,* dele vsque ad, *Prouerb.* 7. *Vers.* 18. excl.

In Radice, דמה, col. 397. E. post illud. *fuit in terra sancta,* dele parenthesim vsque ad, *Aristoteles in quadam,* excl.

In Radice, דשן colum. 415. E. post

illud, *LXX. πιανάτω pinguefiat*, dele vſque ad, *Vulgatus, pinguefiat*, Et poſt hoc verbum, *pinguefiat*, dele vſque ad, *Aliàs* רָשַׁן, *decineranit*, excluſ. initio col. 416.

In Radice, חכה. col. 569. B. poſt illud, *fauces* חֵךְ *faux*, dele vſque ad, II. *Arab.* excluſ.

In Radice, חסר. col. 620. B. poſt illud, *Hier. egeſtas*, dele vſque ad, *Chald. Geneſ.* 34. excl.

In Radice חרה col. 651. B. poſt illud, *iraſcentes ipſi*, dele vſque ad, *Syr. Matthæi.* 12. *Verſ.* 19. excl.

In Radice, טמא, col. 699. E. poſt illud, *ſunt abuſi Iudæi*, dele vſque ad, *In Nouo Teſtamento*, excl.

In Radice, יכל, colum. 725. D. poſt illud, *h. e. Iſraelitis ſolis*, dele vſque ad, יְכֹלֶת, *Chald.* excl.

In Rad. יען, colu. 780. B. poſt illud, *lege impudentem*, dele vſque ad, *Quia autem ſequitur*, excl.

In Radice, יצא, colu. 785. A poſt illud, *& non reuertebatur*, dele vſque ad, *Et ex hac mala Verſione*, excluſ. Et dele vocem, *mala.*

In Radice, ישב, col. 813. E. poſt illud, *ſede Ieruſalem*, dele vſque ad, *Gen.* 49. *v.* 24. excluſ.

In Radice, ישן, col. 817. E. poſt illud, *dormientium: murmurans*, dele vſque ad, *Al. mortuorum*, excl.

In eadem Radice, col. 818. E. poſt illud, *καὶ ὑπνώσουσιν*, dele vſque ad, *Iun. dormiant*, excl. Deinde poſt illud, *& ſecuri dormient*, dele vſque ad, *acceperunt ſignific. prima.* Et poſt vocem, *prima*, dele vſque ad, *& habitabunt in deſerto*, excl.

In Radice, כלה, col. 866. E. poſt illud, *perſequi Abſalonem*, dele vſque ad, *acceperunt ſignificatione*, excl.

In Radice, כרה, col. 895. D. poſt illud, *Ex prima ſignificatione*, dele vſq; ad, *ſequitur Verſ.* 13. excl.

In Radice, לחח, col. 490. A. ibi, *Hoſiander, maxilla eius*, dele, *Hoſiand.*

In Radice, לקח, col. 956. E. poſt illud, *& non inuenichatur*, dele vſque ad, 2. *Reg.* 2. *Verſ.* 5. excl.

In Radice, מות, col. 986. C. poſt illud, *in futurum conuertitur*, dele vſq; ad, *Prouerb.* 19. excl.

In Radice, מנה, col. 1015. E. ibi, *interrogatiuum de perſona, ſicut*, dele, *de perſona* Deinde poſt illud, *Hebræis* מִי, *quis?* dele vſque ad, *eo, quod ſequitur*, excl.

In Radice, מסס colu. 1020. B. poſt illud, *pro tributo*, dele vſque ad, *Iob.* 9. excl.

In Radice, נהא, colum. 1079. A. ibi, *Hoſiand. filij eorum*, dele, *Hoſiand.* Et poſt vocem, *eorum*, dele vſque ad, *acceperunt, pro* excl.

In Radice, נוח, col. 1089. E. poſt illud, נוֹחַ, *quietis*, dele vſque ad, *Exod.* 10. excl.

In radice, נצח, colu. 1150. C. הִצִּית *ſuccendit*, dele vſque ad, *NOM.* נְצִים, excl.

In Radice, נשא, column. 1165. E. poſt illud, *cum puncto ſiniſtro*, dele vſq; ad, 2. *cum* עַל *Vel*, excl.

In Radice, סבב, col. 1109. C. poſt illud, *in accubitu ſuo*, dele vſque ad, *R. S.* excl.

In Radice, סור, colu. 1208. D. poſt illud, *in ollis feruentibus*, dele vſque ad *Targum* בְּרַגְוָנִין, excluſ.

In Radice, ספר, col. 1238. E. poſt illud, *LXX. προσέθηκαν addiderunt*, *q.* וַיִּסְפֹּר dele vſque ad, *Geneſ.* 24. וַיִּסְפָּר, excluſ.

In Radice, עון, col. 1287. C. poſt illud, *deducens ab* עָוַן, dele vſque ad, *Ier.* 4. *v.* 6. excl.

In Radice, עוז, col. 1292. D. poſt illud, *ſignificatione præcedenti*, dele vſq; ad, *Verb.* עִין, excl.

In Radice עוז, colum. 1302. E. poſt illud,

illud, *LXX.* καὶ θεὸν μακρύνειν dele vsque ad, *Esai.* 23. *Vers.* 10. *Vt perdat*, exclusiuè.

In Radice, עלל, col. 1315. D. post illud, *exactores sui spoliauerunt*, dele vsque ad, *Acceperunt pro verbo*, exclus.

In Radice, עתר, col. 1409. C. post illud, עִתּוֹת *tempora*, dele vsque ad, *Rabb.* excl.

In Radice, פאה, col. 1416. C. post illud, *pro* אַפַּאִם, dele vsque ad, *Rabb.* excl.

In Radice, פחה, col. 1423. D. post illud, *Hier. toto ore*, dele vsque ad, *Præcedit: Syri* excl. Deinde post illud, *Philisthæi ab Occidente*, dele vsque ad, 2. *Reg.* 10. *Vers.* 21. excl.

In Radice, פרע, colu. 1482. E. post illud, *explicatio confirmatur*, dele vsq; ad, פַּרְעֹה *Pharao*, excl.

In Radice עבא, col. 1512. A. post illud, *ornatus eorum*, dele vsque ad, *Acceperunt pro*. exclus.

In Radice, צדק, col. 1520. D. post illud, *qui impius est*, dele vsque ad, *Sic* טִמְּאוּ exclus.

In Radice, קרא, col. 1649. A. post illud, *Hieron. Vocauit nos*, dele vsque ad, 2. *Sam.* 18. excl.

In Radice קרב colu. 1652. C. post illud, *Lat. in medio ipsorum*, dele vsque ad, *Præterea: Iob.* 38. *Vers.* 23. excl.

In Radice, ראה, colu. 1673. B. post illud, *Hier. timentes*, dele vsque ad, *Niphal.* נִרְאָה, excl.

In eadem Radice, colum. 1675. A. post illud, *Accepit pro* מַרְאֶה, *visus*, dele vsque ad, *Rabb.* excl.

In Rad. רדד, col. 1699. C. post illud, *applaudebant manibus suis*, dele vsque ad, *Syr. Iob.* 7 *Vers.* 38. excl.

In Radice רדה colu. 1700. A. post illud, *somno oppressus*, dele vsque ad, *Psal.* רְדָה, excl.

In Radice, רעה, colu. 1752. D. post illud, *Vxorem proximi sui*, dele vsque ad, *Iunius: mali*, excl.

In Radice, ששן colu. 1778. D. post illud, *in Concilio Mosis*, dele vsque ad, *Syr. Matth.* 6. excl.

In Radice, שאל, colu. 1782. B post illud, *quasi stratum hominis*, dele vsq; ad, *Deinde* שְׁאוֹל, excl.

In Radice שבת, col. 1800. D. post illud, *Vulg. requiescent*, dele vsque ad, *Leuit.* 26. *Vers.* 35. excl.

In Radice, שוח, col. 1823. B. post illud, *arborem quæ erat ibi*, dele vsque ad, *Iob.* 12. *Vers.* 8 excl.

In Radice, שכל, colu. 1854. E. post illud, *Latin. interfectoris*, dele vsque ad, *Hos.* 9. *Da illis*, excl.

In Radice, שמר, colu. 1885. A. post illud, *Hier. custodiam*, dele vsque ad, *legerunt* אֶשְׁמוֹר, excl.

Deinde post illud, *similem figuram*, dele vsque ad, *NOM. Rabb.* excl.

In Radice, שנא, column. 1906. D. post illud à שָׂנֵא, *odit*, dele vsque ad, *Arab.* שָׂנֵא, *odit*, excl.

In Radice, שפה, col. 1921. E. post illud, *lege propinquos*, dele vsque ad, *Ier.* 33. *Duæ*, excl.

In Radice, תוה, colum. 1965. B. post illud, *& impingebant in ostia portæ*, dele vsque ad, *HIPh.* *Psal.* 78. *Vers.* 41. exclus.

In Radice, תחת, colum. 1969. quæ error est 160[illegible], C. post illud, *resistere possumus voluntati*, dele vsq; ad, *Esai.* 46. *Et posuerunt*, excl.

EX CATALOGO OMNIVM fere Auctorum, qui in hoc Dictionario citantur, dele,

Hosiander,
Lutherus.

VALERII ANSELMI RYD, CATALOGUS annorum & Principum.

Ex *Catalogo annorum & Principum, &c. Valerij Anselmi Ryd, Bernæ anno* 1540. *per Matthiam Appiarium.*

In ipsa Operis inscriptione ibi, *D. Valerium Anselmum Ryd*, dele, *D.* & post, *Anselmum Ryd*, adde, *Auctorem damnatum, hactenus prohibitus, nunc verò cum expurgatione permissus.*

In Epistola Dedicatoria ad Senatũ, pagin. 1. versus finem, post illud, *haud paruo labore.* dele vsque ad, *perfeci*, exclus. Et paulò inferiùs, post illud, *Ferre Tutius potui*, dele vsque ad, *Christianissimi Francorum.* exclus. Et pagin. 2. ante medium, post illud, *& studiosi viri*, dele vsque ad, *vt eum eorum expensis*, exclus. Et versus finem, post illud. *potest omnibus, hanc ad*, dele vsque ad, *pacũ & iustitiæ*, excl.

In Præfatione prima ad lectorem, pag. 4. versus finem, post illud, *deo noster Auctor*, dele vsque ad, *operam suam impendisse*, excl. Deinde, post illud, *qui id*, dele vsque ad, *præstare studuit*, excl. Item, ibi, *Idque solum mira breuitate*, dele, *mira*, & paulò inferiùs, ibi, *Biblicam veritatem exquisitè*, dele, *exquisitè*, Et prope finem, post illud, *exactè calleas*, dele vsque ad, *Vale, Bernæ*, excl.

In 2. Præfatione ad lectorem, pag. 1. ad medium, totus §. *Hoc verò quale sit*, &c. expungatur vsque ad, *Ex his itaq; liquet*, exclus. Et pag. 2. in medio. §. *Idcirco historia*, &c. post illud, *Idcirco historia*, dele vsque ad, *tractatur vt posteros*, exclusiuè. Deinde post illud, *Auctor noster*, dele vsque ad, *factitasse videtur.*

Post 2. Præfationem, dele totum carmen ad lectorem.

In Opere, fol. 25. pag. 2. versus finem, ibi, *fidelibus, quidem*, pro, *fidelibus* scribe. *bonis*, Rursus, ibi, *infidelibus verò*, pro, *infidelibus*, lege, *malis*, fol. 26. pag. 1. in fine, in sancto Petro Apostolo, post illud. *confirmata Romam*, dele vsq; ad, *anno Claudij imperatoris*, exclus. Et pag. 2. sub initium, post illud, *ieiunium indixisse*, dele vsque ad, *vnde succedessor illis*, exclus. Et paulò inferiùs in Lino Papa, post illud, *Tuscus Linus*, dele vsque ad, *nudis capite fœminis*, excl. Et in medio paginæ in Clemẽte I. Pontifice, post illud, *mandauit Episcopo*, dele vsque ad, *Sacerdotis sacris*, exclus. Et post illud, *teste decreuit*, dele vsque ad, *Atheniensis Anacletus*, exc.

Fol. 27. pag. 1. post medium, post illud, *Hic fis, aliter senties*, dele vsque ad, *Eleuthericus Gr.* exclus. Et versus finem, in Sotherе Papa, post illud, *& semper integra custodita*, dele vsque ad, *Eleutherius, Gr.* exclus.

Eodem fol. pagin. 2. ante medium, in Victore I. post illud, *Victor. I. Asper* dele vsque ad, *Polycratem senem*, excl. Et paulò inferiùs, post illud, *sacram communionem*, dele vsque ad, *præcepto subiecit*, excl.

Fol. 28. pagin. 1. initio in Xysto II. post illud, *Leuitam suum*, dele vsque ad, *Christi pauperibus*, exclus.

Eadem pag. 1. in medio. in Eusebio Papa, post illud, *Principum edicto*, dele vsque ad, *illato res Christianorum*, exclusiuè.

Eadem pag. 1. versus finem, post illud, *à ieiunio rescidit*, dele vsque ad, *sed memoratu dignum*, excl. Ibid. paulò inferiùs post illud, *feruore creuisse*, dele vsque ad finem pag. videlicet vsque ad

que ad illud, *Monarchia IIII.* exclusiuè.

Fol.32 pagina 1.initio in Sylueſtro I. poſt illud, *priuilegijs acceptis*, dele vſque ad, *Cardinales legit*, excluſiuè.

pagina eadem ante medium in Liberio poſt illud, *conſortio*, dele vſque ad, *à Roman. Pont. integritate*, excluſ.

pag.ead.in medio, poſt illud, *martyrium pertulit*, dele vſque ad, *ſub id tempus*, excl. Et poſt illud, *Hieroſolymorum Epiſcopus*, dele vſque ad, *fame vrgente*, excluſ. Ead.pag.1.in fine, poſt illud, *Conſtantinopoli*, dele vſque ad, *celebratam acceptauit*, excluſ.

Fol.32.pag 2.ſub initium in Innocentio I.poſt illud, *ſacerdotium negauit*, dele vſque ad, *& ſabbati diem*, excluſiuè. Eadem pagina à medio, in Cœleſtino 1.ibi, *à Theo. Imper. indicta*, pro, *à*, ſcribe, *ſub*, Eadem pagin. verſus finem, in Leone I. ibi, *Sanctorum ſtatuis*, pro, *ſtatuis*, lege, *imaginibus*.

Fol.333. pag.1.ad finem in Conſtantino Imper.ibi, *indixit, fouit, & approbauit*, dele, *indixit*. Ibid. paulò inferiùs, poſt illud, *& apprrobauit*, dele vſque ad, *S. Paphnutius*, excl.

Fol.37.pag.1. ſub initium, in Homiſda Pontif.poſt illud, *combuſtis libris, oppreßit*, dele vſque ad, *Eccleſiarũ pacem*, excluſ. Eadem pagina 1.ad medium in Siluerio PP. poſt illud, *Hormiſdæ, Pon. filius*, dele vſque ad, *creatus*, excl. Et paulò inferiùs, in Vigilio, poſt illud, *flagris expirauit*, dele vſque ad, *Pelagius I. R. Eccleſiam*, excluſ. Et dele quod proximè ſequitur, vſque ad, *defunctorum ſuffragia*, excl.

Eadem pagina 1. verſus finem, in Pelagio II. poſt illud, *ſunt ex hauſti*, dele vſque ad, *Gregorius Magnus*, excluſ.

Eodem fol.pagin.2. ſub initium in Gregorio I.poſt illud, *Veniarum aſſertor*, dele vſque ad, *ſacrorum atque canticorum*, excl. Deinde ibi, *Miſſæ ritum conſarcinato*, dele, *conſarcinato*. Et paulò inferiùs in Sabiniano PP. poſt illud, *ſacris addidit*, dele vſque ad, *Bonifacius III. R.* Et poſt illud, *Bonifacius III. R.* dele vſque ad, *Bonifacius IIII.* excluſ. Ibid.ad finem, in Ioanne IIII. ibi, *captiuos non agnatos redemit*, dele, *non agnatos*.

Fol.38.pag.1. ſub initium, in Benedicto II.poſt illud, *vitæ ſuæ reuerentia*, dele vſque ad, *obtinuit*, excluſ. Deinde poſt illud, *deinceps clerus*, dele vſque ad, *Ro. Pontific.* excluſ. Pag. ead. prope medium in Conſtantino I. Papa, ibi, *quod ſanctorum ſtatuas*, pro, *ſtatuas*, reſcribe, *imagines*, Et paulò inferiùs, in Gregorio II. ibi, *ſtatuarum perſecutores*, pro, *ſtatuarum*, ſcribe, *imaginum*, & verſus fin. in Zacharia Pont. ibi, *iure facto*, pro, *facto*, ſcribe, *ſuo*.

Eod.fol.pag.2. initio in Stephano II.ibi, *Exarchatum alieno Francorum*, dele, *alieno*. Ead.pag.in med.in Adriano I.poſt illud *& auxerat*, dele vſque ad, *inſtituendorum in Regno* excluſiuè. Ead.pagin.in marg.dele, *Ioannes fœmina*.

Fol.39.pag.1. poſt initium in Sergio II.poſt illud, *atque deinceps exegit*, dele vſque ad, *Benedictus III. R.* excl. Ead.pag.verſus finem, in Adriano III. ibi, *Cleri populiq; R.* dele, *populique*.

Fol. 44. pagin. 1. poſt initium in Sylueſtro II. poſt illud, *Monachus Floriacenſis*, dele vſque ad, *Sergius Ioanne*, excluſ. pagina eadem ante medium in Ioanne XIX. ibi, *fidelium animarum quæſtum*, dele, *quæſtum*.

Eadem pagina à medio in Benedicto IX. post illud, *in Germaniam præscripto*, dele vsq; ad, *depositus*, excl. Et paulò inferiùs in Damaso II. post illud, *Damasus II.* dele vsque ad, *Leo. IX.* excluſ.

Eodem folio pagin. 2. ante medium in Gregorio VII. post illud, *Virtutis genere laudatur*, dele vsque ad, *Is porrò de carcere*, excl. Eadem pagin. post medium, post illud, *strictè mandauit*, dele vsque ad, *ab Imperatore cum graui*, excluſ.

Folio 46. pagin. 2. ſub initium in Adriano IIII. post illud, *in se coacta*, dele vsque ad, *Guilielmum in gratiam*, excluſiuè. Et paulò inferiùs, post illud, *diris deuouit*, dele vsque ad, *Alexander* III. excluſiuè. Et ibi, *atque plus modo fortis*, dele, *plus modo*, ibidem dele notam marginalem, *ex ambitione grauißima, &c.* Et paulò inferiùs, post illud, *præsidijs erectus, Imperatore*, dele vsque ad, *cum quatuor Schiſmaticis*, excluſ. Eadem pagina versus finem, in Innocentio III. post illud, *Principum Princeps*, dele vsque ad, *Peruſij*, excluſiuè.

Folio 47. pagina 1. ſub initium, in Gregorio IX. ibi, *non impunè crucem*, dele, *non impunè*. Eodem folio pagina 2. ſub initium in Innocentio V. ibi, *Tarentaſienſi Domini caſtro*, pro, *Dominicaſtro*, ſcribe, *Dominicano*, pagina eadem in medio in Nicolao III. post illud, *nomine ſubjugauit*, dele vsque ad, *apoplexi defecit*, excluſiuè.

Folio 48. pagin. 2. versus finem in Henrico IV. Imperatore, post illud, *cum Paparum, tum*, dele vsque ad, *omnium odia*, excluſ. Et in fine pagin. post illud, *à ſucceſſore filio*, dele vsque ad, *ad Imperij abdicationem*, excluſiuè.

Folio 50. pagina 1. ante medium in Friderico I. Imperat. post illud, *Imperio ſanè dignus*, dele vsque ad, *exercitus deinde ſuus*, excluſ.

Fol. 52. pagina 2. post initium in Cœleſtino V. Pontifice, ibi, *inſuetæ ſuperbæ dominationi*, dele, *ſuperbæ*. Et paulò inferiùs, post illud, *aliquando repeteret*, dele vsque ad, *ſubindeque in ſanctorum*, excluſ. Pagina eadem in medio in Bonifacio VIII. post illud, retuliſſet Pontif. Rom. dele vsque ad, *Imperium Alberto*, excl. Et paulò inferiùs, post illud, *orbis confluxu*, dele vsque ad, *ſed Gebelinos*, excluſiuè. In fine pagin. in Benedicto XI. ibi, *Taruiſinus Dominicaſtrorum*, pro, *Dominicaſtrorum*, ſcribe, *Dominicanorum*.

Fol. 53. pagina 1. post initium in Ioãne XXII. post illud, *Clementis Clementinis*, dele vsq; ad, *quinque vicies mille*, excl. Et post illud, *anno defunctus reliquit*, dele vsque ad, *Benedictum* XII. excl. Ead. pagin. ad fin. in Bonifacio IX. post illud, *Adriani molem muniuit*, dele vsque ad, *Innocentius* VII. excluſ.

Folio eodem pagina 2. post medium in Martino V. ibi, *conſtanter obierat*, dele. *conſtanter*. Et ſtatim, post illud, *Eugenio* IV. *Veneto*, dele vsque ad, *Romæ autem è Florentia*, excluſ.

Folio 54. pagina 1. à medio in Calixto III. post illud. *literas effudit*, dele vsque ad, *Pius* II. *Senenſis*, excluſiuè. Et pagina 2. in fine, in Henrico VII. Imper. post illud, *Florentinorum nummis*, dele vsque ad, *Boncouenti ſublatus* excl.

Fol. 58. pag. 1. initio in Paulo II. post illud, *Paulus* II. *Venetus*, dele vsque ad, *Eccleſiaſticorum præcipuè*, excluſiuè. Et post illud, *Vndiquaque ſtudioſus*, dele vsque ad, *homo corporis*, excluſiuè.

Eadem pagina ante medium in Xiſto IV. post vocem, *Bella*, dele vsque

vsque ad, *gessit*, exclu. Deinde post illud, *Bernæ seruatum*, dele vsq; ad, *Vel contra compendij*, exclus. Et statim post illud, *inferere libuit*, dele vsq; ad, *Sixtus Episcopus*, exclus.

Folio eod. pag. 2. à medio in Innocentio VIII. post illud, *armis repetyt*, dele vsque ad, *Calixti III. ex fratre nepos*, exclus.

Folio. 59. pagin. 1. sub initium in Iulio II. post illud, *familia Soanensis*, dele vsq; ad, *Imperio Se se*, exc. Et post, *Iusti tenax*, dele vsque ad, *Bombardarum*, & paulò inferiùs, post illud, *creati, studio*, dele vsque ad, *annuis*, exclusiuè. Ead. pagin. à medio, in Leone X. post illud, *& immitibus gubernatus*, dele vsque ad, *Iulianum fratrem*, excl. Et paulò inferiùs, post illud, *renouato cum Heluetijs*, dele vsque ad, *fœdere*. Et post illud, *aliquantisper pacauit*, dele vsque ad, *pluris quam à Turca*, exclusiuè.

Eodem fol. pag. 2. initio in Adriano VI. post illud, *Deo deuotus Theologus*, dele vsque ad, *suspecta morte*, excl. Et in Clemente VII. ibi, *Leonis X. nothi.* dele, *nothi*, & paulò inferiùs, post illud, *Pontific. sui.* 4. dele vsque ad, *Iucundissimè tamen ei*, excl. Et ad fin. eiusd. pag. post illud, *receperit vxorem*, dele vsque ad, *Titulum Monarchiæ*, 3. exclus.

Fol. 60. pag. 1. à med. in Carolo V. Imper. ibi, *non tam suis quàm*, dele, *nõ*, & pagin. 2. ante medium ibi, *contra Euangelistas*, adde, *nouos*. Deinde ibi, *Conciuiumque Euangelicorum*, adde, *nouorum*, Et statim post illud, *suis confœderatis*, dele vsque ad, *Interea verò Rotuuila*, exclus. Et ibi, *Lutheranismi, prætextu*, rescribe, *ob Lutheranismum*, & ibi, *miserè proscripsit*, dele, *miserè*.

Fol. 61. pag. 1. à medio, post illud, *Aquisgrani coronauit*, dele vsque ad, *anno* 14. *Lucente*, exclus. Et pagin. 2. in medio, post illud, *Ducatum recuperauit*, dele vsq; ad, *anno* 17. *Angliæ rex*, exclus.

Fol. 62. pag. 1. ante medium, post illud, *dominantibus armis*, dele vsq; ad, *frustra indixisset*, exclus. Et post, *indixisset*, dele omnia vsque ad titulum, *Hispaniæ regni, Regumque, &c.* exclusiuè.

Folio 65. pagina 1. versus finem, post illud, *admirabilis vitæ rex ille*, dele vsquè ad, *ob in Diuos*, exclusiuè.

VICTORINI STRIGELLII IN Iustinum Commentarius.

Ex Victorini Strigelij commeatario in Iustinum, Vrsellis apud Cornelium Sutorium 1602.

In ipso titulo Iustini, vbi legitur, *Accessit Viri cl. Victorini, &c.* dele, *Viri clar.* Et post illa verba, *prolixiusque persequitur*, adde. *Auctor damnatus, opus hactenus prohibitum, nunc vero cũ expurgatione permissum.*

In ipsa commentarii inscriptione, post illa verba, *Victorini Strigelij viri cl.* dele, *viri cl.* Et in oratione de historia, in ipso titulo, vbi legitur, *recitata à Domino Victorino*, dele, *Domino.*

In eadem oratione pag. 5. post medium, post illa verba, *collecta, aut asseruata fuere*, dele vsq; ad, *nec verò aliter*, exclus.

In eadem oratione, pag. penultima, in principio post illa verba, *difficilè opus, est*, dele vsq; ad, *integram historiam*, exclus.

In ead. oratione pa. vltima, ad medium, post illa verba, *referta esse debet*, dele vsque ad, *sed quoniam ipsum*, exclusiuè.

Prolegomeno 1. quod incipit, *Historia est vis*, pag. penult. ad medium, post illa verba, *post Apostolos complexi sunt*, dele vsq; ad, *Monstraui vt cumq;*, exclus.

prolegomeno 2. dele totum prolegomenon.

prolegomeno 3. parum ab initio, post illa verba, *in tres ætates distinguit*, dele vsque ad, *Ad hanc Heliæ*, exclus. Et inferiùs, §. *Quoties igitur*, ibi, *nam duo priores millenarij*, dele vocem, *duo*. Et paulò inferiùs, ibi, *sequentes duo millenarij*, dele similiter vocem, *duo* Et adhuc inferiùs, ibi: *postremi duo millenarij*, dele etiam vocem, *duo*.

In eodem prolegomeno pagina vltima, post illa verba, *belligerantes cum vera Ecclesia*, dele vsque ad, *hæc generalis notatio*, exclus.

Initio commentarij, vbi in titulo dicitur, *Victorini strigelij, viri cl.* dele, *viri clarissimi*.

pag. 2. in fine vbi legitur, *in Politica vita versans alios homines, &c.* dele, *in Politica vita versans*.

Ex ipso commentario, in libro 1. pagina 5. ad finem, post illa verba, *regere, & tueri possint*, dele vsque ad, *vt discat se non humanis*, exclusiuè.

pag. 10. ante medium in §. *Non dubium est*, post illa verba, *à superioribus illatam*, dele vsque ad, *cum videamus omnes*, exclus.

pag. 16. post medium, in §. *Duo sunt genera*, post illa verba, *alterum politicũ*, dele vsque ad, *Versatus est igitur Cyrus* exclus.

pag. 18. in medio, vbi legitur, *arcana & multorum Sanctorum peccata*, dele, *Sanctorum*.

pagina 23. ante finem in §. *Hanc historiam*, vbi legitur, *gubernatio præsertim Ecclesiæ solius Dei est*, dele, *solius*.

In lib. 2. pag. 52. ad medium, in *Q. V. solon rectè fecerit*, & c. in §. *Respondeo*, post illa verba, *Maior est vera*, dele vsque ad, *Sed non debet accommodari*, exclus.

In lib. 3. pag. 133. in medio, in titulo, qui incipit, *Descriptio, &c.* post verbum, *Corcyreæ*, dele reliquum tituli.

In lib. 4. pag. 175. ante medium, in titulo, qui incipit, *Oratio Critiæ*, post illa verba, *de rebus Græcis*, dele reliquum tituli.

Lib. 11. pagina 204. in medio in §. *Porrò*, post illa verba, *dumtaxat eius historiæ*, dele vsque ad, *Danielis expositam*, exclus.

In lib. 17. pagina 238. ante finem, post illa verba, *Beneficia præcipites iniuriæ*, dele vsque ad titulum, *Cicero*, exclus.

In lib. 24. pag. 250. in medio in §. *Etsi enim Deus*, post illa verba, *Direptionibus, & abusibus facultatum*, dele vsque ad, *Vult enim Deus*, exclus.

In Indice deleatur, *Ecclesiam cur velit Deus imperijs esse subiectam*.

VINCENTII OBSOPOEI IN Epigrammatum, &c. Annotat.

EX *Annotationibus Vincenty Obsopœi in Epigrammatum Græcorum libros septem. Circumferuntur in Opere cui titulus est*, Epigrammatum Græcorum Annotationibus Ioannis Brodæi Turonensis, nec non Vincentij Obsopœi, & Græcis in pletaque Epigrammata Scholijs illustratorum

Li-

Libri VII. Acceſſerunt Henrici Stephani in quoſdam Anthologiæ epigrãmatum locos Annotationes, &c. Francofurti, apud Andreæ VVecheli hæredes, Claudium Marnium, & Iohannem Aubrium, Anno 1600.

In prima Operis inſcriptione, poſt illud, *Vincenty Obſopœi*, adde, *Auctoris damnati*. Et poſt illud, *Scholys illuſtratorum Libri VII.* adde, *Obſopœi quidem annotationes hactenus prohibitæ, cum expurgatione tamen permiſſæ.*

LIB. I.

pa. 2. col. 2. ante medium, ibi, *meus Pylades, & Vir doctiſsimus Thomas*, dele, *& Vir doctiſsimus.*

Pag. 68. colum. 2. à medio, ibi, *Verſiculum doctè pariter & copiosè*, dele, *doctè pariter &*.

pag. 71. colum. 2. initio, poſt illud, *genus hominum*, dele vſque ad, *Sed ad inſtitutum reuertamur*, excluſ.

pag. 137. colum. 2. ſub initium, ibi, *Plutum doctè & eleganter in Latinum*, dele, *doctè & eleganter.*

pag. 160. columna 2. in fine, poſt illud, *Carmen explicatione non eget*, dele vſque ad finem columnę.

LIBRO 2.

Pag. 242. columna 2. in medio, poſt illud, *neotericis Theologis*, dele parentheſim vſque ad, *quicquam conceſſurum*, excluſiuè.

pag. 246. colum. 2. in medio, ibi, *Hoc epigramma ſcitè ſimul & doctè interpretatus*, dele, *ſcitè ſimul & doctè.*

pag. 276. columna 2. à medio, poſt illud, *Vt hoc ipſum*, dele vſque ad, *Nicolaus Gerbellius*, excluſ. Et poſt vocem, *Gerbellius*, dele parentheſim vſque ad, *fabula ſua de podagra*, excluſ.

LIBRO 3.

Pag. 304. col. 1. initio, poſt illud, *ludo Eraſmus*, dele vſque, *reliquit Dialogum*, excluſ.

pag. 345. colum. 2. verſus finem, ibi, *Hoc diſtichon doctè ſimul & eleganter explicauit*, dele, *doctè ſimul & eleganter.*

pag. 348. colum. 2. à medio, ibi, *non imperitè miſerandus ille ſenex*, dele, *miſerandus.* Et poſt illud, *Thomas Morus*, dele vſque ad, *Theſſalus Hippocrates*, excluſ.

pag. 406. colum. 1. ante medium, poſt illud, *paſſim crocitant gracculi*, dele vſque ad ,. Α πρέμας ὦ. excluſ.

pag. 411. colum. 2. poſt medium, poſt verſum, *In quo putreſcit ſic Vitioſus homo*, dele vſque ad illud pag. ſeq. initio, colum. 1. *Quid prohibet huic loco*, excluſ.

In titulo Annotationum Henr. Stephani in quoſdam Anthologiæ Epigrammatum locos, addatur, *Henric. Stephanus Auctor damnatus, opus verò permiſſum.*

VITI VVISEMII, VEL VVINSEMII in Thucydidem Annotationes.

EX *Libro cui titulus eſt*, Thucydidis Athenienſis Hiſtorię de Bello Peloponneſiaco libri octo è Græco ſermone in Latinam linguam cõuerſi à Vito Vvinſemio Patre, &c. *Vviteberge* 1580. His additæ ſunt eiuſdem Viti Vvinſemij Annotationes.

In ipsa Libri inscriptione, post illud, *Academiæ Vitebergensi*, adde, *Opus Viti, Auctoris quidem damnati, hactenus prohibitum, nunc verò cum correctione permissum.*

Deleatur prior Epistola Dedicatoria, quæ incip. *Offero Auguste Princeps*, ab initio vsque in finem.

Deleatur etiam posterior Epistola Dedicatoria, cui initium est, *Quantum beneficium Diuinum*, ab initio vsq; ad finem.

In Prolegomenis, titulo, *de Vtilitate Historiæ*, vbi legitur, *quam nostra doctrina ac religio*, dele vocem, *nostra*, & repone, *Catholica*.

Lib. 1. titulo, *Concio Corcyrensium*, pag. 39. dele in ipso titulo, *Interprete Philippo Melanchthone*.

Titul. *Oratio Corinthiorum*, pag. 67. dele in ipso titulo, *Philippo Melanchthone interprete*.

Lib. 2. titul. *Oratio Archidami Lacedemoniorum Regis*, pag. 160. in ipso titul. dele, *interprete Philippo Melanchthone*.

In Oratione Archidami §. *Præterhæc*, in annotatione literæ X. pa. 166. post illa verba, *Et statua Ephesiæ Dianæ*, dele vsq; ad, *Statuam quidem ipsã*, exclus.

Lib. 3. in Concione Cleonis, *Hi enim volunt*, in Annotationibus lit. R. & lit. S. pag. 283. dele, *regula Monachorum Applicatio*.

In Oratione Platæensium, §. *Precamur autem*, litera V. versic. *Non est pulchrior*, pagina 303. dele verba illa, *Et hoc iudicium est Philippi Melanchthonis*.

VVOLFGANGI MEVRERI Meteorologia.

EX Meteorologia Volfgangi Meureri, &c. Lipsiæ, Impensis Henningi Großij, Anno 1606.

In prima Operis inscriptione, post illud, *Mathemat. Professore*, adde, *Auctor damnatus: Opus prohibitum, cum expurgatione verò permissum.*

Expungatur tota Epistola Dedicatoria, quæ incipit, *Si olim nullo, &c.*

Deinde præcidatur tot. vita Vvolfgangi Meureri, primùm descripta à M. Bartolomæo Vvalthero, &c. cui initium, *Nascitur Volfgangus Meurerus, &c.*

Et post Vitam, deleantur duo epitaphia quorum primũ incipit, *Volfgangus Meurerus, Patria*, &c. Secundum verò, *Margareta Blasbalgia*, &c.

Quæstione 1. in Explicatione dilucida, §. 5. *Duo complectitur*, pag. 24. sub initium, post illud, *quæ facit ius verbum eius*, dele vsq; ad, *Habemus igitur iam*, exclus.

Titulo, *De coloribus, sive Lucidis Meteoris*, in Explicatione, §. 12. *Rubor fit*, pag. 77. ante med. post illud, *inundationem & diluuium*, dele vsq; ad, *Purpureum diluuij indicem*, exclus.

Titulo, *De Parelio*, in Explicatione, §. 9. *Politica significatio*, pag. 172. à medio, post illud, *Britanniæ Rectorem*, dele vsque ad, *Durerus aliquando*, exclus.

Titulo, *De Cometis*, in Explicatione, §. 3. *Nunquam cœlo spectatum*, p. 311. sub initium, post illud, *esse tres nouenarios*, dele vsq; ad, 3. *Olympia, orum*, exclus.

IN INDICE AVCTORVM, qui operi subijcitur, dele,

Martinus Lutherus.
Philippus Melanchthon.

VVOLF-

VVOLFANGI VVISENBVRGII, vel Vveissenburgij Descriptio Terræ Sanctæ.

EX Vvolfangi Vveissemburgij Descriptione Terræ Sanctæ, excusa, apud Vvendelinum Rihelium, anno 1536.

In ipsa Libri inscriptione, post nomen *Vvolfangi Vveissenburgij*, adde, *Auctoris damnati, opus hactenus prohibitum cum expurgatione verò permissum.*

In Epistola Dedicatoria, operi præfixa, in titulo, post illud, *Simoni Grynæo*, dele, *viro doctissimo.*

Initio Epistolæ, post illud, *En habes tandem*, dele vsq; ad, *Præceptor*, exclus. Et post vocem *præceptor*, dele vsq; ad, *Telam hanc*, exclus.

pagina 1. eiusdem epistolæ à medio, post illud, *per omnem ætatem versatus*, dele vsque ad, *sequitur.* Et post, *sequitur*, dele vsq; ad, *sed ad scripturæ.* Et ibidem versus finem, ibi, *non omninò fraudandum vtilitate*, dele vsq; ad, *Hæc prior causa*, exclus.

pag. 3. eiusdem Epist. circa med. ibi, *omnium doctissimè, quæ parturiui*, dele, *omnium doctissimè.* Et in fine epist. ibi, *clarissime præceptor*, dele, *clarissime.* Et deinde post illud, *& si indoctius*, dele vsq; ad, *tamen dicta accipias*, excl.

TERTIA CLASSIS.

DE VERA PRONVNTIATIONE Græcæ & Latinæ linguæ Commentarij.

EX libro, cui inscriptio est, De Vera Pronuntiatione Græcæ & Latinæ linguæ Commentarij Doctissimorum virorum. Quorũ primus, qui est de pronuntiatione Græcæ ling. Th. Bezam auctorem habet, &c. *Anno* 1587. *Excudebat Henric. Stephanus.*

In prima Operis inscriptione, post illud, *Græcæ & Latinæ linguæ Commentarij*, dele vsque ad illud, *His non pauca ad harum*, exclus.

Deinde pag. 1. dele totum primum libellum, cui titulus est, *De Germana pronuntiatione Græcæ linguæ. De literis Græcis in genere.* Initium verò, *Antiquissimum esse literarum inuentum*, &c.

Ex Iacobi Ceratini de sono literarum præsertim Græcarum libello eisdem Commentarijs adiecto.

In Epistola Dedicatoria ad Erasmum Roterodamum pag. 62. expunge totum §. *Tu vero* Ερασμιώτατε *Erasme*, vsque ad finem Epistolæ.

Ex Adolphi Me Kerchi de Veteri, & recta pronuntiatione linguæ Græcæ Commentario, dictis etiam Cõmentarijs adiuncto, nonnulla quæ expungenda sunt, vide in secunda class. expurgat. verb. *Adolphi Me Kerchi, de veteri*, &c. vbi habetur expurgatio.

Ex Apologetico pro Veteri, ac Germana linguæ Græcæ pronuntiatione, quod circumfertur cum prædictis Commentarijs, aliqua corrigenda sunt, quorum expurgationem vide in tertia Classe Expurgator. verb. *Apologiticum pro Veteri.*

X.

SECVNDA CLASSIS.

XENOPHONTIS OPERVM Versiones cum Præfationibus.

EX Xenophontis Operum versionibus è Græco Latinis cum Præfationibus.

In ipsa libri facie post inscriptionem, adde, *Henricus Stephanus, Bilibaldus Pirkaimerus, Sebastian. Castalio, Ioannes Ribittus, Ioachimus Camerarius & Conradus Gesnerus, Auctores damnati: hæ vero eorum versiones, & recognitiones, expunctis Præfationibus, permissæ.*

Deleantur præfationes omnes his Operibus adiectæ.

APPEN-



APPENDIX PRIMA AD INDICEM LIBRORVM PROHIBITORVM, ET EXPVRGATORVM.

ILLVSTRISSIMI AC REVERENDISS. D. D. BERNARDI DE SANDOVAL, & Roias S.R.E. Presb. Cardin. tit. S. Anastasiæ Archiepisc. Toletani Hispaniarum Primatis, Maioris Castellæ Cancellarij, Generalis Inquisitoris Regij status Consiliarij, &c.

AVCTORITATE ET IVSSV EDITA.

DE CONSILIO SUPREMI Senatus Sanctæ Generalis Inquisitionis Hispaniarum.

NOS Don Bernardo de Sandoual i Roias, por la miſeracion diuina, Presbytero Cardenal de la ſanta Yglesia de Roma, Titulo de Santa Anaſtaſia, Arçobiſpo de Toledo, Primado de las Espannas, Chancilier mayor de Caſtilla, Inquiſidor General contra la Heretica prauedad i Apoſtaſia, en los Reynos i ſeñorios de ſu Mageſtad, i de ſu Conſejo de Eſtado, &c. A todas i qualeſquier perſonas, de qualquier eſtado, condiciõ I calidad que ſean, vezinos, moradores, reſidentes, o eſtantes en los dichos Reynos i ſeñor. ſalud en Nueſtro Señor Ieſu Chriſto.

Son tantos los libros con que los hereges enemigos de nuestra Santa Fe, han procurado i procuran ofender la pureza de su dotrina, que el zelo que nos toca de conseruarla, obliga a boluer a tratar cõ nueuo cuidado del remedio. Porque si bien fue grande el que se puso para resistir a este daño, con el Indice general, i Expurgatorio, que el año passado de mil i seiscientos i doze mandamos publicar, no pudo ser tan cumplido, que baste de vna vez (sino es q̃ se continua) contra vn mal que tanto va creciendo con el tiempo. Van cada dia saliendo nueuos autores, que casi con mayor insolencia i furor que los passados escriuen, diuulgando sus errores: i para que no aya ocasion de engaño en el juizio que dellos se hiziere, por no hallarlos notados en el nueuo Indize, conuiene que en el se vayan notando, i que a todos sea manifiesta su condenacion. Auemos tambien entendido, que muchos libros prohibidos de diferentes facultades (por ser de la prime-Classe sus autores) hazen falta a los professores dellas, siendo por otra parte de ningun inconueniente su leccion, por ser de aquellos de quien habla la segunda Regla, ofreciendo su permission, con que primero sean vistos i examinados. I deseando proueer en lo vno y en lo otro lo mas conueniente, i auiendo conferido sobre ello en el Consejo de la Santa General Inquisicion, acordamos que se añadisse vn Apendiz al dicho Indice i Expurgatorio, en el qual se declaren, o emienden las cosas que esto huuieren menester, i juntamente se aumenten a la primera Classe los autores hereges, que despues han salido, i se permitan todos los libros de aquellos que hasta aora se huuieren visto, sin auer hallado en ellos algo en que se deua reparar. I auiendo puesto el cuidado i diligencia possibles, en ordenar i componer el dicho Apendiz, las personas (de tanta i tan conocida aprouacion en todo) a cuyo cargo tenemos remitida la superintendencia en estas materias, estãdo ya acabado i en vltima disposicion, para poderse publicar, vsando de la autoridad Apostolica, q̃ como Inquisidor General tenemos en los dichos Reynos i señorios de su Magestad, i de la que su Santidad nos ha concedido en esta parte, por Breue particular, que està al principio del nueuo Indice. Exhortamos i requerimos, i en caso necessario, en virtud de Santa obediencia, i so pena de excomunion mayor. *Latæ sententiæ, trina canonica monitione præmissa*, mandamos a todas las personas, de qualquier estado, condicion, o dignidad que sean, Eclesiastica, o secular, ex-

pres-

preſſadas en el dicho Breue, que como parte del dicho Indice i Expurgatorio, guarden i cumplan de la miſma manera todo lo contenido en eſte Apendiz, con apercebimiento, que contra los que hizieren lo contrario (demas de las cenſuras en que auran incurrido) mandaremos proceder, i procederemos con todo rigor, como contra rebeldes è inobedientes a nueſtros mandamientos, i a las cenſuras de la Santa Madre Yleſia, i ſoſpechoſos en las coſas de nueſtra Santa Fe Catolica. I porque lo ſuſo dicho ſea publico i notorio, i ninguno pueda pretender ignorancia, encargamos i mandamos a los Inquiſidores Apoſtolicos, de todas las Inquiſiciones de los dichos Reynos i ſeñorios, que hagan luego publicar edictos deſta nueſtra prouiſion, en las Yglefias Catedrales i otras partes, los quales hagan fixar en lugares publicos. I ſo la miſma pena mandamos i prohibimos, que ninguno ſea oſado a imprimir, ni hazer imprimir el dicho Apendiz, ni a traerle impreſſo de fuera deſtos Reynos, ſin nueſtra expreſſa licencia. En teſtimonio de lo qual mandamos dar, i dimos la preſente firmada de nueſtro nombre, i ſellada con nueſtro ſello, i refrendada del Secretario infra eſcrito. En Madrida veinte dias del mes de Agoſto, de mil i ſeiſcientos i catorze años.

El Cardenal de Toledo.

Por mandado de ſu Señoria Iluſtriſſima.

El Licenciado Gaſpar Salgado Secretario.

NOs Dom. Bernardus de Sandoual, & Rojas, miseratione diuina S.R.E.Presbyter Cardinalis tit.Sanctæ Anastasiæ, Archiepiscopus Toletanus,Hispaniarum Primas, Castellæ maior Cancellarius, hæreticæ prauitatis & Apostasiæ in Regnis & Dominijs R.M.generalis Inquisitor,& Regis in Cons. Stat. Consiliarius &c. omnibus & quibuscunque personis,cuiuscunque status,conditionis,& qualitatis sint, vicinis & incolis,degentibus, & commorantibus in supra dictis Regnis & Dominijs, Salutem in Christo Iesu Domino nostro.

Tot extant libri,quibus hæretici,sanctæ fidei nostræ hostes, conati sũt & conantur illius doctrinæ puritatem corrumpere, vt eodem, quo ad ipsius conseruationem mouemur zelo, ad nouam quærendi & adhibendi remedij curam denuò excitemur. Nam, licèt gnauiter atque diligenter, vt isti malo obuiam iretur, generali Indice atque expurgatorio, quem anno superiore 1612. edi iussimus, rem istam accurauerimus: nondum tamen ea ratione perfici potuit, vt, nisi pergatur, vna vice, aduersus istiusmodi malum,quod in dies augescit, omnia absolui potuerint. Quotidie noui prodeunt auctores,qui maiore ferè,quàm antehac alij,insolentiæ scribunt & errores suos disseminant. Ac,ne errori præbeatur ansa, in iudicio de illis ferendo, si omissi in nouo Indice deprehendantur, æquum est vt in eo recenseantur, atque omnibus,illorum innotescat condemnatio. Adhæc, accepimus complures libros in varijs facultatibus, quia eorum authores in prima Classe continentur, prohibitos, desiderari tanquam necessarios ab illarum Professoribus: cùm cæteroquin nullius periculi sit eorum lectio; vtpote qui ex illorum genere sint,de quibus loquitur secunda Regula: ideoq; permissionem non abnuemus, simulatq; recogniti & examinati fuerint:atque optantes tum huius tum illius ratione, quod conuenientissimum est constituere, consilio super hac re, in sancta Generalis Inquisitionis Senatu,communicato, conuenimus annectendam esse dicto Indici expurgatorio Appendicem, in qua declararentur aut emẽdarentur ea quæ opus, simulq; primæ authorum hæreticorum Classi adiungerentur y qui deinceps prodierunt: ac permitterentur omnes illorum libri qui,hactenus recogniti, nihil animaduersione dignum habere videntur. Mox ad dictam Appendicem ordinandam & componendam, cura diligentiaq; summa à viris illis probatissimis, adhibita, quorum fidei hoc muneris & auctoritatis concredidimus; cùm iam ad vmbilicum perducta & ad editionem parata sit,auctoritate Apostolica vtentes,pro Inquisitoris Generalis officio,in dictis Regnis & Dominijs R. M. & pro ea quam singulari Breui, quod præfixum est nouo Iudici, nobis imposuit S.

Sanctitas,

Sanctitas, his in partibus, prouincia; hortamur efflagitamusq;, & si opus fuerit, sanctæ obedientiæ virtute, sub maioris excommunicationis pœna latæ sententiæ, trina canonica monitione præmissa, iubemus omnibus personis, cuiuscunque status, conditionis dignitatisq; sint, Ecclesiasticæ aut secularis, dicto Breui expressis, vt tanquam dicti Indicis & expurgatorij partem, id quod hac Appendice continetur, obseruent, eodemq; modo executioni demandent: denuntiantes contra-euntibus futurum, vt, præter censuras in quas incurrent, summa cum seueritate, tanquam aduersus rebelles & mandatis nostris ac censuris Sanctæ Matris Ecclesiæ immorigeros, & in sanctæ fidei Catholicæ causa suspectos, actionem aduersus eos institui iubeamus, & summo rigore instituamus. Quò verò hoc promulgetur & innotescat, nec vllus ignorantiæ velum prætexat, mandamus atq; imperamus omnibus, omnium Inquisitionum, in dictis Regnis & dominijs Inquisitoribus Apostolicis, vt edicta istius nostræ constitutionis, in Ecclesijs Cathedralibus aut alijs partibus promulgari, & locis publicis affigi curent: ac sub eadem pœna mandamus & prohibemus, ne quis excudere, aut excudendam curare dictam Appendicem, vel excusam è nostris Regnis, sine expressa licentia nostra exportare ausit. Cuius in rei testimonium dari iubemus damusq; hoc diploma nostro nomine subsignatum, nostro sigillo obsignatum, & secretarij infrascripti subscriptione munitum. Madriti 22. Auguſt. 1614.

CARDINALIS TOLETANVS.

Ex mandato Illustrissimæ dominationis.

LICENTIATVS GASPAR SALGADVS
Secretarius.

DECLARATION
DE ALCVNAS REGLAS GENERALES.

REGLA TERCERA.

EN Las verſiones que ſe permiten por eſta Regla, aunque ſean de eſcritores Eccleſiaſticos, hechas por autores condenados(que ſon todos los de la primera Claſſe) para que los tales autores dellas ſean conocidos por la nota de ſu condenacion,i eſto cauſe mayor recato a los que las leyeren (no tengan a caſo algum enganno, o error diſſimulados) ſe les ponga deſpues del nombre *Auctoris damnati verſio permiſſa.*

De las verſiones del Nueuo Teſtamento,hechas por autores de la primera Claſſe,que de todo punto ſe prohiben,ſe haze particular exception de la de Eraſmo,que ſe permite.

REGLA DVODECIMA.

EL mandato deſta Regla, que ordena , que la Expurgacion de los libros que ſe permiten con ella,ſe aya de hazer por autoridad del Santo Oficio,i.de ſus miniſtros,ſe entienda , que de aqui adelante podrá expurgar ſus libros , qualquiera que fuere ſuficiente para hazerlo , guardando puntualmente en la expurgacion de cada vno,la que tuuiere ordenada el ſanto Officio(aquien eſto toca)en el nueuo expurgatorio,i en eſte Appendix,o en los demas que adelante ſe hizieré; i cõ que deſpues de expurgados los libros ſe lleuẽ a firmardel miniſtro que el Santo Officio tuuiere dipuetado para eſto: i en los lugares particulares donde no le huuiere,al Comiſſario ordinario, o a algun miniſtro ſuperior , ſi ſe ofreciere.

Las alabanças,o epitetos honroſos de algun autor de la primera Claſſe,i de los Hereſiarcas los nombres tãbien (i el del impio Carolo

Carolo Molineo, por particular mandato Apostolico, que se huuieren dexado de notar en la permission, o expurgacion de qualesquiera libros contenidos en el Indice, i en este Apendiz, o en los demas que se hizieren, estè obligado a borrarlos el que los encontrare.

La prohibicion de los libros, que en el Indice se pone con esta nota, *Donec prodeat expurgatio*, se ha de entender estar por ella prohibidos en todo rigor, como los demas, mientras que no se expurgan por mandado del Santo Oficio, a quien entre tanto se han de entregar, y nadie puede retenerlos.

QVARVNDAM REGVLARVM GENERALIVM EXPLANATIO.

REGVLA III.

IN versionibus scriptorum Ecclesiasticorum quæ à damnatis auctoribus, qui sunt illi qui prima Classe continentur, profectæ sunt, & hac Regula permittuntur, vt eiusmodi authores condemnationis nota distincti, maiore adhibita cautione legantur, ne forte fraus aliqua aut dissimulatus error lateat, adjiciatur nomini. Auctoris damnati versio permissa.

E Noui Test. versionibus, quæ à primæ Classis auctoribus profectæ sunt & prorsus prohibentur, peculiari exceptione, Erasmi versio permittitur.

REGVLA XII.

HVius Regulæ decretum, quod iubet, vt librorum illa permissorum expurgatio S. Officij aut eius ministrorum auctoritate fiat, ita intelligendum est, vt quisquis, posthac, ad libros suos expurgandos idoneus futurus est, idipsum præstare queat: hac lege, vt in singulorum expurgatione, ea quæ à S. Officio, cuius hæ sunt partes, in nouo expurgatorio, aut in Appendice, aut in alijs deinceps edendis sancita sunt, accuratissimè seruet. Libri verò, simulatq; expurgati fuerint, ad Delegatum a S. Officio ministrum, eius subscriptione confirmãdi, adferantur. In particu-

laribus autem locis, vbi non aderit, Ordinario Commissario, vel alicui Ministro Superiori, si sese offerat, exhibeantur.

Laudes & honorifica epitheta cuiuscunque ex prima Classe auctoris, simulq; nomina Hæresiarcharum (& impij illius Caroli Molinæi, de peculiari mandato Apostolico) quæ notam in permissione aut expurgatione librorum, in Indice, vel hac Appendice, aut posthac edendis contentorum, notam effugerint, ea, quisquis in ipsa incidet, expungere teneatur.

Librorum prohibitio, quæ in Indice, cum hac nota ponitur, Donec prodeat expurgatio *aduersus illos aliosq; eiusmodi libros vigere & perstare censeatur, donec S. Officij mandato expurgentur, cuius interea fidei consignandi sunt, nemini illos retinendi potestate concessa.*

APPEN-

APPENDIX PRIMA AD INDICEM AVCTORVM ET LIBRORVM PROHIBITORVM.

A

PRIMA CLASSIS.

AMILIVS Portus. *Permittuntur verò ipsius in Pindarum notæ, expuncto titulo dedicationis: in titulo tamen operis addatur nota auctoribus primæ Classis præscripta*, Auctor damnatus, opus autem permissum.

* *Permittuntur etiam notæ in Euripidem, si repurgentur.*

Albericus Gentilis. *Permittitur quoque eiusdem liber lectionis Virgilianæ variæ, si repurgetur.*

Andreas Dietherus. *Permittitur tamen ipsius Thesaurus contexendarum epistolarum ad imitationem Ciceronis, &c. expuncto epigrammate Xisti Betuleij.* Item *Formulæ poeticæ ex Ouidio:* in titulo tamen addatur nota præscripta.

Andreas Libauius. *Permittitur tamen eiusdem Syntagma selectorum vndiquaque, & præcipuè traditorum Alchymiæ Arcanorum, expunctis carminibus in laudem auctoris:* in titulo tamen addatur nota præscripta.

Andreas VvilKius.

Antonius Schorus. *Permittuntur verò ipsius libri duo de ratione discendæ, docendæque linguæ Latinæ & Græcæ.* Item *Phrases linguæ Latinæ*, in titulo tamen addatur nota præscripta.

* *Permittitur quoque Dialogus de ratione tractandarum populariter quæstionum*, (qui cum prædictis phrasibus circumfertur.) Item *Thesaurus Ciceronianus, si expurgentur.*

Aonius Palearius. *Permittuntur autem ipsius orationes duodecim expuncta tertia, quæ est pro se ipso.* Item *libri de animorum immortalitate, dempta ex initio epistola ad Paulum Vergerium.* Item *Carmina quædam à Ioanne Matthæo Toscano inter illustres poetas Italicos collecta*: in titulo verò apponatur nota præscripta.

SECVNDA CLASSIS.

IN Abulensem.* Item *index à Francisco Fontano compositus, nisi corrigatur.*

In Æmilij Macri libros de materia medica notæ, vide in prima Classe, *Ianus Cornarius*, vers. *Permittuntur verò.* Item in libro de herbarum virtutibus Commentaria, vide in eadem Classe, *Ioannes Atrocianus*, vers. *Permittuntur.*

In Algerum de veritate corporis & sanguinis Domini in Eucharistia, præfatio, vide in prima Classe, *Desiderius Erasmus*, vers. *Denique permittuntur.*

EN CASTELLANO.

Andres de Claramonte, la Letania Moral.

B.

PRIMA CLASSIS.

BErnardus Copius. * *Permittitur autem, si expurgetur eiusdem liber inscriptus Idæa, seu partitio totius Philosophiæ.*

C

PRIMA CLASSIS.

CHristophorus Hegendorphinus. *Permittitur autem eiusdem Methodus conscribendarum Epistolarum*: in titulo tamen apponatur nota præscripta.

Conradus Gesnerus. *Permittuntur quoque ipsius notæ in Dioscoridis libros duos de Curationibus morborum, per medicamenta paratu facilia, expunctis ex principio omnibus præfationibus, & carminibus*: in titulo verò apponatur nota præscripta.

Conradus Lycosthenes. *Permittitur quoque eiusdem præfatio in Iuly Obsequentis librum Prodigiorum*: in titulo verò addatur nota præscripta.

Conradus Rittershusius. *Permittuntur verò ipsius in duodecim Panegiricos veteres notæ.* Item *notæ ad Phædri fabulas, expunctis epithetis auctorum damnatorum.* Item *in Auctarium Aenigmatum Obseruationes*: in titulo tamen cuiusque apponatur nota præscripta.

Conradus Aslachus.* *Permittuntur verò ipsius libri tres de triplici cœlo, si corrigantur.*

SECVN-

SECVNDA CLASSIS.

IN Clementem Alexandrinum notæ, vide in 1. Classi. *Fridericus Sylburgius*, versi. *Permittuntur etiam.*

In D. Cyprianum annotationes, vide in 1. Classi. *Desiderius Erasmus*, versi. *Denique permittuntur.*

D

PRIMA CLASSIS.

DAniel Cramerus. *Permittitur autem eius Synopsis in libros Rhetoricorum Aristotelis:* in titulo verò apponatur nota præscripta.

Dauid Hœschelius. *Permittuntur verò ipsius epistola dedicatoria, & Notæ in Photy Bibliothecam, expunctis carminibus in laudem auctorum tantum, & auctorum damnatorum elogijs in opere sparsis:* in titulo tamen addatur nota præscripta.

Desiderius Eras. Roterod. *Permittitur primò ipsius Translationi noui Testamẽti iuxta tertiæ Regulæ exceptionẽ.*

Permittitur quoque libellus de octo partium orationis constructione, cum scholijs Henrici Primæi. Item *Declamationes duæ, vna de laudibus Medicinæ, altera de Morte, adiuncta declamatiuncula nomine cuiusdam Episcopi, &c.* Itẽ *Elegiæ tres.* Item *Ecclogа, cui nomen Pãphilus.* Item *Epigrámata sacra & Miscellanea.* Item *Panegyricus ad Philippũ Principem.* Item *Præfatio in D. Basilij librum de Spiritu Sancto.* Item *in librum Iosephi Iudæi de Machabæis.* Item *in Plinium.* Item *in Euripidem.* Item *in Libanij Sophistæ Declamationes.* Item *Præfatio cum Notis, seu scholijs in Ciceronis officia.* Item *in Q. Curtium.* Item *in Terentium.* Item *in Suetonium Tranquillum, cæterosq; Romanæ Historiæ scriptores.* Item *in Senecam.* Item *in Prudẽtij hymnos.* Item *in Epistolam Eucherij Lugdunensis de amore Philosophiæ.* Item *in Lactantij Firmiani libellum de Opificio Dei.* Item *Annotationes in Horatium.* Item *in Galenum contra mathematicos:* in titulo tamen cuiusque apponatur nota præscripta.

**Denique permittuntur præfatio & annotationes in D. Cyprianum.* Item *Præfatio in Algerum de Veritate corporis & sanguinis Domini in Eucharistia.* Item *Tractatus* (sub titulo Epistola singularis) *ad Augustinum Eugubinum.* Item *Commentarius in Nucem Ouidij.* Item *Scholia in Disticha Catonis.* Item *Declamatio de laude Matrimonij, si corrigantur.*

SECVNDA CLASSIS.

IN Diodorum Siculum Notæ, vide in prima Classe, *Henricus Stephanus*, versi. *Permittuntur quoque.* Item *Laurentius Rhodomanus.* versi. *Permittuntur verò.*

In Dionis Chrysostomi orationem Troianam scholia, vide in prima Classe. *Laurentius Rhodomanus*, versic. *Permittuntur verò.*

In Dioscoridis libros duos de curationibus morborum, &c. Notæ, vide in 1. Classe *Conradus Gesnerus*, vers. *Permittuntur quoque.*

EN CASTELLANO.

DOmingo Salzedo de Loaiza. Relacion de la vida, muerte, y milagros del Venerable Presbytero Mosen Francisco Geronimo Simon Valenciano.

E

PRIMA CLASSIS.

EIlhardus Lubinus. *Permittuntur quoque eiusdem Fax poetica.* Item *in Q. Horatij quinque carminum libros Paraphrasis scholiastica noua.* Item *Præfatio in Nonum de rebus gestis Dionysij.* Item *Ecphrasis cum præfatiunculis in Iuuenalem & Persium:* in titulo tamen apponatur nota præscripta.

SECVNDA CLASSIS.

IN Euripidem Notæ, vide in prima Classe, *Aemilius Portus*, versic. *Permittuntur verò.*

F

PRIMA CLASSIS.

FRanciscus Hottomanus.

* *Permittuntur quoque, si expurgentur ipsius opera tribus tomis nouissimè edita. Excudebant Hæredes Eustatij Vignon & Iacobus Stœr* 1599.

Liber verò, qui inscribitur, *Consolatio Sacris literis*, siue Tomo tertio, sine seorsum excusus. Item *libellus de statu Ecclesiæ primitiuæ*, omnino prohibentur.

Franciscus Nansius. *Permittuntur verò ipsius Notæ in Nonni Panopolitani Paraphrasim in Euangelium Sancti Ioannis, expunctis epigrammatis omnibus in laudem auctoris, tam his, quæ in principio libri, quàm illa, quæ ante ipsas notas ponuntur, expunctis quoque auctorum damnatorum elogiis, quibus opus abundat; & ex cap. 2. n. 3. ibi,* Interpres non rectè transtulit, *istas voces,* non rectè

delendo:

delendo: in titulo tamen addatur non præscripta.

Fridericus Sylburgius. *Permittuntur quoque ipsius Rudimenta Græcæ linguæ.* Item *in Mythologiam Natalis Comitis Notæ.* Item *in Theodoreti Orationes duodecim de Curatione Græcarum affectionum Præfatio ad lectorem & Notæ, expuncta epistola dedicatoria, quæ incipit,* Cum ortus nostri, &c. in titulo tamen cuiusque apponatur nota præscripta.

**Permittuntur etiam, si expurgentur, eiusdem in Clementem Alexandrinum Annotationes.* Item *in Sanctum Iustinum Martyrem Annotationes.*

SECVNDA CLASSIS.

FRanciſci Fontani Index in Abulensem, vide in secunda Classe, versic. *In Abulensem.*

EN CASTELLANO.

*F. Francisco Fenix de Canales Israel libertada y explicacion literal del Psa. 113. hasta que se corrija el prologo al lector.

G

PRIMA CLASSIS.

GEorgius Bucananus. *Permittitur tamen Paraphrasis ipsius in Psalmos.* Item *Tragœdiæ duæ, prima Ieptes, altera Baptistes.* Item *Præfatiuncula ad Medeam, & Alcestin Euripidis*; sed in titulo apponatur nota præscripta.

* *Permittitur quoque, si expurgetur eiusdem Sphæra cum supplementis Ioannis Pincieri, Auctoris damnati.*

Georgius Casandrus. *Permittuntur tamen ipsius Tabulæ Rhetoricæ:* in titulo tamen apponatur nota præscripta.

Georgius Fabricius Chemnicensis. **Permittuntur autem, si corrigantur, eiusdem libri septem de re poetica.* Item *Præfationes & Notæ in Horatium.*

Georgius Sabinus. *Permittitur tamen ipsius libellus de carminibus ad Veterum imitationem artificiosè componendis:* in titulo tamen addatur nota præscripta.

* *Permittitur quoque, si expurgetur eiusdem in Ouidij lib. Metamorphoseon interpretatio.*

Gilbertus Cognatus Nozerenus. *Permittuntur autem eius Annotatiũculæ in Horatium*; sed in titulo addatur nota præscripta.

Gothardus Arthus Dantiscanus. *Permittuntur quoque eiusdem Pars nona & decima Historiæ Indiæ Orientalis:* in titulis tamen apponatur nota præscripta.

Guilielmus Postelus. * *Permittitur tamen, si expurgetur ipsius Commentatiuncula de Fœnicum literis, seu de prisco Latinæ & Græcæ linguæ charactere.*

Guilielmus Xylander. *Permittuntur quoque eiusdem Annotatiunculæ, cum Præfationibus & Indice in Antonini Liberalis transformationes; in Phlegontis Traliani mirabilia & Olimpia; in Apollonij historias mirabiles; in Antigoni mirabiles narrationes: & in M. Antoninj libros de vita sua, expuncto post primam inscriptionem Græco epigrammate*: in titulo tamen apponatur nota præscripta.

SECVNDA CLASSIS.

* GAbrielis Prateoli Elenchus de vitis, sectis, & Dogmatibus omnium hæreticorum, nisi Indices corrigantur.

* *Guilielmi Gratarolì Opuscula*, donec prodeat eorum expurgatio.

H

PRIMA CLASSIS.

HAdrianus Iunius. *Permittuntur quoque ipsius Notæ, cum Præfatione in Senecæ Ludum.* Item *in Hesychij Milesij librum de viris doctrina claris Annotationes*: in titulo tamen addatur nota præscripta.

Henricus Smetius.

Henricus Stephanus. *Permittũtur quoque eius Annotationes, cum Præfationibus in Diodorum Siculum.* Item *Virgilianæ & Nasonianæ Theocriti imitationes, cum emendationibus.* Item *in fragmenta veterum poetarum, quorum opera non extant, Annotationes.* Item *epistola dedicatoria, seu Præfatio in Orationes oratorum veterum.* Item *in Xiphilini ex Dione Eclogas Spicilegium.* Item *Hypomneses de Gallica lingua peregrinis eam discentibus necessariæ.* Item *in Thucydidem Annotationes, cum Præfationibus.* Item *Noctes Parisinæ Atticis A. Gellij noctibus inuigilatæ.* Item *Præfationes, & argumenta in Conciones, siue orationes ex Græcis Latinisque Historicis excerptas.* Item *in Erotiani Lexicon in Hippocratem Annotationes, expuncta Præfatiuncula ad lectorem, quæ est finem earum.* Item *Obseruationes in Theocriti, & aliorum poetarum Idyllia.* Item *Diatribæ de variis in Horatium Obseruationibus.* Item *Annotationes in Comicorum Græcorum sententias Latinè redditas.* Item *in Hesychij Milesij librum de viris doctrina claris, Annotationes*, in titulo tamen cuiusque addatur nota præscripta.

Hermanus Figulus.* *Permittuntur*

tamen

tamen eius Commentaria cum Præfatione in Odas Horatij si corrigantur.

Hermannus Kirchnerus.* *Permittitur verò ipsius Legatus, si corrigatur.*

Hermannus Rennecherus. *Permittitur tamen ipsius libellus pro literarum seruilium Hebraicarum explicatione:* in titulo tamen addatur nota præscripta.

Hugo Donellus.* *Permittuntur quoque, si repurgentur, eiusdem commentaria ad alios libros Codicis.* Item *Commẽtaria ad Titulum Digestorum de verborum obligationibus.* Item *Paralipomena ad lib. 4. Cod.*

Hugo Grotius.* *Permittitur tamen, si expurgetur ipsius liber de Antiquitate Reipublicæ Batauicæ.*

Holdricus Huttenus. *Permittuntur tamen ipsius flores ex Sallustio;* sed in titulo addatur nota præscripta.

SECVNDA CLASSIS.

In eundem Horatium, diuersorum Annotationes, vide in prima Classe, *Desiderius Erasmus.* Item *Eilhardus Lubinus.* Item *Georgius Fabricius.* Item *Gilbertus cognatus.* Item *Hermannus Figulus.* Item †*Ioannes Hartungus.* Et in 2. Class. †*Ioannes Thomas Fregius,* versic. *Permittuntur, &c.*

I
PRIMA CLASSIS.

IAnus Cornarius. *Permittuntur verò eiusdem Notæ cum præfatione in libros Æmily Macri de materia medica.* Item *Annotationes cum præfatione in Synesium.* Item *in Paulum Æginetam.* Item *Disertatio de vtriusque alimenti receptaculis contra Plutarchum:* in titulo tamen apponatur nota præscripta.

Ioachimus Camerarius. *Permittuntur etiam eiusdem Notæ cum præfatione in Theonem Sophistam.* Item *in Aphthony Progymnasmata.* Item *Hypomnemata & Notæ in Pythagoræ ac Phocylidis carmina.* Item *Annotationes in Ciceronem:* in titulo tamen addatur nota præscripta.

* *Permittuntur quoque, si expurgentur, Symbolorum Centuriæ Quatuor.* Item *Opuscula de Re rustica.* Item *de Ostentis libri duo.*

Ioachim Cluten de Parchun.

Ioachimus Mynsingerus. *Permittuntur verò ipsius Austriados libri duo.* Item *Necarides, & cum his Opuscula cætera poetica, expunctis ex cuiusq; principio, aut fine carminibus omnibus in laudem auctoris.* Item *Commentarij practici in titulum libri secundi Decretalium de fide instrumentorum: & in cap. Frequenter ti. 6. li. 2. Decretalium, locupletati per Arnoldum de Reyger; expunctis tamen elogiis positis in inscriptione, epistola dedicatoria, omnibusq; carminibus in laudem auctoris:* in titulo tamen cuiusque apponatur nota præscripta.

* *Permittuntur quoque, si expurgentur, eiusdem scholia ad Institutiones Iu-*

ſtinianeas. Item *Singularium Obſeruationum iudicy Imperialis Cameræ Centuriæ ſex.* Item *Conſiliorum Centuria.* Item *in tres titulos libri ſecundi Decretalium Commentarij.*

Ioannes Atrocianus. *Permittuntur tamen ipſius Præfatiunculæ, & Commẽtaria in Aemilium Macrum de herbarum virtutibus:* in titulo verò apponatur nota præſcripta.

Ioannes, *aut* Ianus Dauſus, *vel* Douſa. *Permittuntur quoque ipſius præcidanea pro Tibullo, expunctis auctorum damnatorum epithetis.* Item *Centurionatus in Plautum, expunctis carminibus in laudem auctorũ, & aliorum auctorũ epithetis;* ſed in titulo cuiuſque addatur nota præſcripta.

Ioannes Druſius. *Permittuntur quoque eiuſdem apophthegmata Hebraica, & Arabica.* Item *Alphabetum Hebraicum vetus, expuncta dedicatoria ad Hugonem Donellum:* in titulo tamen addatur nota præſcripta.

Ioannes Hartungus. *Permittuntur verò eius ſcholia in Horatium:* in titulo tamen addatur nota præſcripta.

Ioannes Mercerus. *Permittutur tamen eius ſcholia in librum Tertulliani de Pallio;* ſed in titulo addatur nota præſcripta.

Ioannes Meurſius. *Permittuntur quoque ipſius notæ breuiores ad Macrobij Saturnalia, expuncto epigrammate, ex principio.* Item *in Lycophronis Alexandram Commentarius, expunctis carminibus omnibus, in laudem auctoris, & damnatorum auctorum elogiis, quibus opus abundat.* Item *Præfatiunculæ & notæ in Tactica Leonis Imperatoris.* Item *in Conſtantini Imperatoris librum de adminiſtrando Imperio Notæ.* Item *Epiſtolæ Heroidum.* Item *in Heſychy Mileſij opuſcula Notæ:* in titulo tamen cuiuſq; apponatur nota præſcripta.

Ioſephus Langius. Iam ad Catholicam Eccleſiam reſtitutus. *Permittitur omninò ipſius in Iuuenalem & Perſium Index abſolutiſſimus.*

* *Permittitur etiam cum expurgatione eiuſdem noua Polyanthea.*

Ioſephus Scaliger. *Permittuntur quoque eiuſdem Notæ in Diſticha Catonu.* Item *Animaduerſiones in Senecæ tragœdias.* Item *Commentaria in Appendicem Virgilij;* ſed in titulo apponatur nota præſcripta.

Iſaacus Caſaubonus. *Permittuntur quoque ipſius libri duo de Satyrica Græcorum poeſi, & Romanorum Satyra;* ſed in titulo apponatur nota præſcripta.

EN CASTELLANO.

Ioan Auentrote.

SECVNDA CLASSIS.

IAcobi de Voragine legenda Sanctorum, *niſi corrigatur.*

*Ioannis Corraſij Miſcellanea Iuris, *niſi iterum de nouo corrigantur.*

Ioannis Thomæ Freigij. *Permittuntur verò omninò ipſius notæ in Horatium.* Item *Quæſtiones Œconomicæ & Politicæ.*

In S. Iuſtinum Martyrem notæ vide in prima Claſſe, *Fridericus Sylburgius,* verſic. *Permittuntur quoque.*

EN CASTELLANO.

*IVſto Lipſio. *Sus Politicas, o doctrina ciuil, traducidas de Latin en Caſtellano, por don Bernardino de Mendoça,* haſta tanto que ſe corrijan.

TERTIA

TERTIA CLASSIS.

INdia Orientalis. *Historia tomis duobus aucta Nono videlicet & Decimo.* Vide in prima Classe, *Gothardus Arthus Dantiscanus*, versic. *Permittuntur quoque.*

L

PRIMA CLASSIS.

LAmbertus Danæus. *Permittitur tamen eiusdem Aphorismorum politicorum sylua*, in titulo tamen addatur nota præscripta.

Laurentius Rhodomanus. * *Permittuntur verò, si corrigantur, ipsius præfationes & notæ in Diodorum Siculum.* Item *præfationes, emendationes, & notæ in Quintum Calabrum.* Item *in Dionis Chrysostomi orationem Troianam Scholia.*

Leonhardus Fuchsius.* *Permittuntur quoque, si expurgentur, eiusdem de historia Stirpium commentarij.*

SECVNDA CLASSIS.

LEuini Lemnij.* Item *Liber Similitudinum, ac Parabolarum, quæ in sacris Bibliis ex herbis atque arboribus desumuntur, donec corrigatur.*

Denique prohibentur reliqua ipsius opera, donec prodeat expurgatio.

EN CASTELLANO.

*LVdouico Atiosto, Orlando Furioso, traducido en Castellano por don Geronimo de Vrrea, hasta que se expurgue.

M

PRIMA CLASSIS.

MArcus Beumlerus. *Permittitur tamen eius Analysis Dialectica, expunctis ex principio duabus epistolis, vna typographi, altera auctoris:* in titulo verò apponatur nota præscripta.

* *Permittitur etiam, si expurgetur, eiusdem Analysis Dialectica, Rhetorica, Historica, Ethica, & Politica epistolæ M. Tully de Prouincia rectè administranda.*

Matthæus Beroaldus. * *Permittitur tamen eius Chronicum, si iterum denuo repurgetur.*

Michael Hagerus. *Permittitur autem omninò ipsius liber de Antichristo, contra Iacobum Herbrandum.* In quo planè deprehenditur Catholicus.

Michael Neander. * *Permittitur verò si denuo expurgetur ipsius Anthologicum Græco-latinum.* Et non aliter intelligenda permissio, in secunda Classe Indicis præscripta litera A. vers. *In Autologicum*, fuit tamen hic error typographi, *Anthologicum* enim erat dicendum.

SECVNDA CLASSIS.

IN D. Macarium notæ, vide in prima Classe *Zacharias Paltenius*, versicul. *Permittuntur quoque, &c.*

N

PRIMA CLASSIS.

NIcodemus Frischlinius. *Permittitur tamen ipsius Grammatica noua Græca, cum Latina congruens, expunctis ex principio epistolis, & epigrammatis omnibus:* in titulo tamen addatur nota præscripta.

Nicolaus Reusnerus. * *Permittuntur etiam, si expurgentur eiusdem Symbolorum Imperatoriorum Classes tres.* Item *Aenigmatographia.*

SECVNDA CLASSIS.

IN Nonum Panopolitam Notæ, vide in prima Classe, *Franciscus Nansius*, versicul. *Permittuntur verò.*

O

PRIMA CLASSIS.

OSualdus Hilligerus Fribergensis. * *Permittitur quoque, si expurgetur ipsius pars altera Donelli enucleati.* Siue *Commentariorum Hugonis Donelli de iure ciuili in compendium redactorum.*

P

PRIMA CLASSIS.

PAntaleon Candidus, *Permittuntur tamen ipsius Bohemais, hoc est, de ducibus Bohemicis libri duo, & de Regibus libri quinque, expunctis ex principio epigrammatis in laudem auctoris,* Item *Gotiberis, hoc est de Goticis per Hispaniam Regibus libri quinque, expunctis ex principio epigrammatis,* Item *Fabulæ, eisdem epigrammatis similiter expunctis:* in titulo tamen cuiusque addatur nota præscripta.

Philippus Lonicerus. **Permittuntur tamen ipsius Chronicorum Turcicorum Tomi duo si corrigantur.*

SECVNDA CLASSIS.

*PEtri Bizari Persicarum rerum historia, nisi corrigatur.

* Fr. Perri de Cabrera Commentarij, & Disputationes in tertiam partem S. Thom. de Sacramentis in genere, de auxilio præuio, &c. *Donec corrigantur ea, in quibus transgrediuntur terminos in materia de Auxiliis ab Apostolica Sede, ac Sanctæ Inquisitionis officio præscriptos.*

*Petri Lenauderij tractatus de Priuilegiis Doctorum, donec expurgetur.

In Pindarum Notæ, vide in prima Classe, *Æmilius Portus*, versicul. *Permittantur verò.*

TERTIA CLASSIS.

POlyanthea noua, vide in 1. Classe, *Iosephus Langius*, versic. *Permittitur etiam.*

Q

SECVNDA CLASSIS.

IN Quintum Calabrum Notæ, vide in prima Classe, *Laurentius Rhodomanus*, versicul. *Permittuntur verò, si corrigantur, &c.*

R.

PRIMA CLASSIS.

RVtgerus Rutlant. *Permittitur autem ipsius Thesaurus fructuum, & interesse, expuncto nomine Caroli Molinæi damnata memoria quoties occurrat:* in titulo verò apponatur nota præscripta.

SECVNDA CLASSIS.

RODerici Episcopi Zamorensis Speculum omnium statuum, nisi expungatur epistola dedicatoria Melchioris Goldasti Haiminsfeldi *auctoris damnati.*

